¶ Accidentia ex stanbrigiana editione.





¶ Expositio hymnorum Secundum usum Sarum.





¶ Iste liber dicitur liber hymnoꝝ. Et est hymnus Laus deo cum cantico. ¶ Nota ergo ꝙ quattuor fuerũt principales auctores qui hymnos cõposuerũt. scȝ Gregorius. Prudentius. Ambrosius. ⁊ Sedulius. ¶ Sed quidem vir prudens nomine. Hilarius vidẽs illos sic multos hymnos composuisse: dignum duxit. Placuitq; quosdam in vnum colligere cõpendiose et vnum breuem ⁊ vtilẽ tractatũ cõponere in quo oẽs hymni continentur. Prima huius autoris intentio fuit describere illos qui cantãtur in prima feria. ⁊ sic deinceps consequenter ꝓ ordinem. ¶ Vtilitas aũt maxima est in hoc libello. quia eo perlecto ⁊ bene intellecto: cognitionem habere possumus vnitatis et trinitatis ⁊ cunctipotens dei. Supponitur aũt theorice. idest diuine contemplationi. ¶ Sed qr intentionẽ fecerat de feria. Ideo videamus quid sit feria. nam feria est solẽnis dies. Beatus autẽ siluester vel Gregorius: videns hebreos dixisse prima sabbati: secunda sabbati. ⁊ sic deinceps. Similiter videns gentiles nomina suoꝝ deoꝝ vel stellarũ posuisse. vt Dies solis. Dies lune. Dies martis. Dies mercurij. ⁊ sic de alijs. Voluit ipse mutare mores eorum. scȝ hebreorum et gentiliũ. Et ea de causa inuenit hoc nomẽ feria. Sed in fine septimane seruauit sabbatũ: quod fecit ad figuram quia sabbatũ interpretatur requies: ⁊ nos ꝑ totã hebdomadã. i. ꝑ totũ spaciũ vite nostre (quod currit per spacium septem dierũ) debemus laborare sũmo conamine et diligentia: vt perueniamus ad requiẽ et eternã beatitudinem. ¶ Vnusquisq; enim hymnus hȝ suã materiã. In illis qui sunt de nocte accipit medium ipsum tempus. i. significationem ipsius tẽporis. scȝ vt expellat a nobis tenebras ignorantie et vitiorum ⁊ informet nos virtutibus sancti spiritus caritate. In illis vero qui sunt de die accipit mediũ ipsum lumẽ ⁊ vult deprecari deum. vt queadmodũ illuminat sua claritate et splendore solis in corpore. sic illuminet nos sanctispũs gratia in mente. Amen.

¶ In aduentu domini.

Conditor alme syderum eterna lux credentiũ christe redemptor omnium exaudi preces supplicum.

¶ Materia huius hymni est de aduentu xp̃i et incarnatione eiusdem. quia deus de celo descendens se exinaniuit formam serui accipiens et humiliauit se vsq; ad mortem. Et qualiter est egressus de honestissima clausula virginis tanq; sponsus de thalamo suo: cui sponte omnia obediunt. s. terrestria celestia et infernalia. ¶ Intendit etiã rogare deum vt ꝑ hanc incarnationẽ nostras preces exaudire dignetur: ⁊ a sagitta dyaboli liberare. ¶ Construe. O alme conditor. i. sancte creator syderũ. i. stellarum. o eterna lux. i. ꝑpetua salus credentium. i. xp̃ianorum fideliũ. o xp̃e redemptor oĩm. scȝ hoĩm exaudi preces supplicum. i. humiliter supplicantium.

Qui condolens interitu mortis perire seculum saluasti mundum languidum donans reis remedium.

¶ Construe. Qui condolens. idest qui est nobiscum dolens. perire. i. damnare seculum interitu mortis. idest pena infernali. saluasti. i. liberasti de potestate diaboli. mundum languidum. scilicet in peccatis. donās remediū. i. redemptionem. reis. i. peccatoribus.

Vergente mundi vespere vti sponsus de thalamo: egressus honestissima virginis matris clausula.

¶ Construe. Vergente mundi vespere. idest appropinquante fine mūdi et sic egressus vti. idest sicut spōsus supple egreditur. de thalamo egressus in quam. de honestissima. idest de castissima. clausula matris virginis. idest de vtero scilicet marie.

Cuius forti potentie genu curuantur omnia: celestia terrestria fatentur nutu subdita.

¶ Construe. Et ideo quia egressus es: vel quia saluasti mundum languidū forti potentie: cuius. scilicet christi. omnia curuantur genu. s. laudando ipm celestia. scz angeli. terrestria. idest homines. fatentur subdita. i. confitentur illi subiecta nutu. i. sponte. s. ad tuam voluntatem. etc.

Te deprecamur agie venture iudex seculi: conserua nos in tempore hostis a telo perfidi.

¶ Cōstrue. Te deprecamur. ergo q: ita est vt dictum est. deprecamur agie. idest. o sancte christe iudex venture. seculi. scz in extremo iudicio. conserua nos in tempore. idest in hac vita. a telo. idest a suggestione. perfidi hostis. i. diaboli (que sagitta dicitur).

Laus honor virtus gloria deo patri et filio: sancto simul paraclyto in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe. Et quia deus misit filium. scilicet christum vt nos redimeret. ideo sit laus honor virtus gloria deo patri et filio. simul. idest pariter. paraclyto. i. spiritui sancto. in sempiterna secula. i. sine fine. Amen.

TE lucis ante terminum rerum creator poscimus vt solita clementia sis presul ad custodiam.

¶ Materia huius hymni est deum deprecari in inceptione noctis: vt sicut deprecamur deum in inceptione diei. vt scz custodiat nos per totā diē. ita in inceptione noctis. vt nos custodiat per totam noctem. deum deprecamur.

¶ Construe. O rerum creator poscimus. i. petimus te ante terminum lucis anteq̄ de mundo exeamus. vel anteq̄ dies recedat. vt sis presul. i. speculator. vel custos ad custodiam. vel sis presul ad custodiendum aīam.

Procul recedāt somnia et noctium fantasmata: hostemq; nostrum comprime ne polluantur corpora.

¶ Construe. Dico sis presul ad custodiam. Procul recedant somnia. i. longe sint a nobis. et remote illusiones demonum: vel praue delectatiões carnis et fantasmata. idest occulte deceptiones vel suggestiones. vel apparitiones noctiũ. i. malignorum spirituum. ¶ Nox diuiditur in sex partes: scz sero conticinium. intempestũ. galliciniũ: crepusculũ. mane. Sero est qñ nox imminet. Conticiniũ est hora qñ hoies cubitũ pergunt. Intẽpestũ est qñ hoies nichil operantur. Galliciniũ est qñ galli emittunt voces. Et crepusculum est quãdo dubitũ est inter diem et noctẽ. Mane est qñ aurora apparet: et cõprime nostrum hostem. i. dyabolum. vel carnem nostram. ne corpora nostra polluãtur scz aliquo malo. vel corporali pollutione.

Uerbum supernũ prodiens a parte olim exiens: q̃ natus orbi subuenis cursu decliui temporis.

¶ Iste hymnus continet memoriam huius q͂ xp̃s egressus est de vtero virginali sicut sponsus de thalamo suo: et ideo omnia ei humiliantur. Et nõ est mirum. quia ipse descendit de patre. i. de celo. Et hec est responsio cõtra hereticos qui dicebãt christum non venisse de patre. quibus per hymnũ istum respondendum est. ¶ Construe. O supremum verbum. idest dei filius. prodiens. idest manifestans te ineffabiliter exiens. i. veniens. olim a patre. quãdo. scz incarnatus fuit. supple qui es natus. scz a matre. subuenis. idest succurris. orbi. i. mundo. cursu. i. plenitudine. decliui tẽporis. idest proni vel declinantis ad finem seculi.

Illumina nunc pectora tuorumqz amore cõcrema: audito vt preconio sint pulsa tandem lubrica.

¶ Construe. Et tu qui es talis. illumina nunc. in presenti. scz tuo lumine et cõcrema. i. accende. nostra pectora. tuo amore. idest tua gratia. vt audito preconio. idest predicatione apostolorum. Uel audito preconio prophetarum lubrica. idest peccata. sint pulsa. i. remota a nostris cordibus. tandem. idest in separatione anime a corpore.

Iudexqz cum post aderis rimari facta pectoris: reddens vicem pro abditis iustisqz regnum pro bonis.

¶ Cõstrue. Et o tu supremum verbum. i. o fili dei. volens rimari. i. experiri facta. idest pctã pectoris. i. cognitionis. vt cum aderis. i. cum affueris iudex post. idest in fine mũdi. sis reddens vicem. i. remunerationem pro additis. i. pro occultis peccatis. et iustis. i. sanctis. regnum. i. eternum. pro bonis. i. operibus. que in presenti seculo operati sunt.

Non demum arcemur malis pro qualitate criminis: sed cũ beatis compotes simus perennes celebes.

¶ Construe. Et non arcemur. i. non constringamur. demũ. i. ad vltimũ. malis. i. penis. pro qualitate criminis. i. pro magnitudine peccatorum. sed simus

compotes. i. simul potētes. cū beatis. i. sanctis. perēnes. i. perpetualiter. vel perennes. idest habitatores celorum. celibes. i. ad celestem vitam ducens.

Vox clara ecce intonat: obscura queqꝫ increpat pellantur eminus somnia: ab ethere christus promicat.

¶ Materia huius hymni similis est sicut in predicto hymno. vbi dictum est ꝙ christus venit olim a patre ⁊ iam dicitur sic. Ecce clara vox. i. iohānes baptista. intonat. idest terribiliter predicat. ⁊ increpat queqꝫ obscura. i. oīa vicia seu pctā. ⁊ ideo oīa somnia. i. vana pctā. pellantur. i. remouētur. eminus. idest longe. qr xp̄s iam promicat. i. fulget ab ethere. i. a celo.

Mens iam resurgat turbida: que sorde extat saucia: sydus refulget iam nouum: vt tollat omne noxium.

¶ Construe. Et ideo Mens nostra turbida. i. maculata. resurgat. s. a vicijs que scꝫ mens. extat saucia. idest manet vulnerata. sorde. idest peccato. et bn̄ dicit ꝙ surgat mens. quia sydus. i. xp̄s refulget iam. i. resplendet p spiritum sanctum nouū. scꝫ natum de virgine. vt tollat. i. remoueat a nobis peccatoribus omne noxium. idest omne peccatum.

Esursum agnus mittitur: laxare gratis debitum: oēs pro indulgentia: vocem demus cum lachrymis.

¶ Cōstrue. Agnus. i. dei filius mittitur. idest destinatur. esursum. i. de celis laxare. idest remediari debitum. i. originale peccatū. vel saltē penas peccati gratis. idest dono seu sponte sua et sine aliqua remuneratione. ⁊ ideo oēs demus. s. deo vocem. cum lachrymis. i. cōfessionem peccatoꝝ cum contritione pro indulgentia. i. pro remissionem peccatorum.

Secundo vt cum fulserit: mundumqꝫ horror cinxerit: non pro reatu puniat: sed pius nos tunc protegat. Presta pater. ⁊ cetera.

¶ Construe. Bene dico. demus vocem cū lachrymis. Ut cū ille agnus fulserit. i. fulgens aduenerit. secundo aduētu. i. in iudicio. ⁊ horror. i. pauor. cinxerit. idest circundederit. mundum. idest mundanos. non vt puniat. i. damnet pro reatu. idest pro peccato. sed pius. s. xp̄s. nos tunc protegat. idest defendat. a potestate dyaboli.

Ueni redemptor gētium: ostende partū virginis miretur omne seculum: talis decet partus deū.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad deum vt veniat ostendere nobis partum beate virginis marie non fuisse ex viuli semine. sed diuino spiri

tu cooperãte esse factum: et qualiter egressus est a patre. et regressus ad patrem. et qualiter est equalis patri. ꝛ loquitur de presenti tanq̃ de futuro.
¶ Construe. O christe qui est redemptor gentium. i. oim̃ hominum veni. idest accende in mẽtibus nostris. et ostende. i. pãde nobis partũ virginis. s. beate marie. ideo omne seculum. i. totus mundus miretur. i. admiretur: q: talis partus decet. idest decens est deum, scʒ omnipotentem creatorem celi et terre. nasci sine virili semine.

Non ex virili semine: sed mystico spiramine: verbum dei factum est caro: fructusq; ventris floruit.

¶ Construe. Vere talis partus decet deum. quia Non ex virili semine supple datus est dñs noster iesus xp̃s. sed mystico spiramine. i. secreta et sancta operatione ac dispositione spũssancti. verbũ dei. i. filius dei oĩpotens factũ est caro. i. homo. ꝛ fructus vẽtris. scʒ beate marie floruit. sicut flos crescit: q: beata virgo maria fuit ramus. et filius eius Jesus christus est flos.

Aluus tumescit virginis: claustra pudoris permanẽt vexilla virtutum micant: versatur in templo deus.

¶ Construe. Et ecce Aluus virginis. idest venter beate marie. tumescit. idest crescit. ꝛ tñ claustra pudoris. i. clausura virginitatis permanẽt. s. integra et illesa (quia virginitas in ea non est violata) et vexilla virtutum. idest miracula sancta. micant. i. fulgent. s. per totum mũdum. Vel virtutũ. quarum deus est vexillum. idest custos. et ideo deus versatur in templo. quia receptus est a Symeone in templo. vel versatur in templo. idest in vtero beate marie virginis.

Procedens de thalamo suo pudoris aula regia: gemine gygas substantie alacris vt currat viam.

¶ Construe. Christus procedens. i. veniens de thalamo suo. i. de vtero matris. quia ipsa maria fuit ei electus castitatis. scʒ de regia aula pudoris. i. de palatio regali. et supple existens gygas gemine sustantie. s. diuinitatis ꝛ humanitatis. quia christus est deus et homo. Et dicitur gygas eo q̃ inseparabiliter ꝛ irreuocabiliter ad vitam huius mundi nobis occurrit. Unde psalmista. Exultauit vt gygas. ꝛc. vt alacris. idest velox currat viam. i. transeat de hoc mundo ad patrem.

Egressus eius a patre: regressus eius ad patrem: excursus vsq; ad inferos: recursus ad sedem dei.

¶ Construe. Egressus eius a patre. supple fuit qñ descendit in virginis vterum. regressus eius ad patrem. quando rediit in celum. Unde a summo celo. ꝛc. et regressus eius vsq; ad summum eius. Unde euangelista. Ego veni a patre in mundum. iterum relinquo mundum et vado ad patrem. excursus vsq; ad inferos. idest descendit ad inferna. recursus ad sedem dei. i. ascendit ad dexteram patris.

Equalis eterno patri carnis tropheo accingere: in firma nostri corporis virtute firmans perpetim.

¶ Construe. Et tu xpe. scz es equalis eterno patri scdm diuinitatem. accingere tropheo. i. victoria carnis. qr per carnem triuphauit dyabolum. et supple tu xpe. firmans. i. roborans. perpetim. i. perpetue. virtute. i. cu virtute infirma corporis. i. vitia et fragilitates nostri corporis.

Presepe iam fulget tuum lumenqz nox spirat nouum qd nulla nox interpollet fideqz iuge luceat.

¶ Construe. Vere procedis de thalamo. o tu xpe quia presepe tuum. i. ecclesia sancta. iam refulget. idest splendet (supple virtutibus) et nox spirat. i. emittet nouum lumen. idest filium natum sine peccato. quod. scz lume nulla nox. idest nulla obscuritas hereticorum (quia plures heretici dicunt deum no accepisse carnem humanam) interpollet. i. obscuret. et luceat. scz lumen tuum iugi fide. i. assidua virtute.

Saluator mundi domine qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos protege et salua omni tempore.

¶ Construe. O dne. tu dico saluator. idest redemptor mudi qui saluasti nos hodie protege. idest defende nos scz homines in hac nocte et scz tu salua nos omni tempore. i. semper.

Adesto nunc propicius et parce supplicatibus: tu dele nostra crimina tu tenebras illumina.

¶ Construe. Tu dne. adesto. idest presens sis propicius: idest mitis vel clemens. et tu parce. i. indulge. supplicantibus. i. rogantibus. et dele. idest absterge. vel remoue nostra crimina. supple et illumina. idest clarifica tenebras. scilicet nostras.

Ne mentem somnus opprimat nec hostis nos surripiat nec vllis caro petimus comaculetur sordibus.

¶ Construe. Ne somnus opprimat. idest destruat mentem supple nostram nec hostis. idest dyabolus surripiat nos. supple et petimus. i. desideramus nec pro ne. ne caro commaculetur. idest vilescat. vllis sordibus. idest aliquibus peccatis siue vitiis.

Te reformator sensuum votis precamur cordium: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus.

¶ Construe. O iesu reformator sensuum nos precamur. i. rogamus. te. scilz reformatorem sensuum votis. idest desideriis cordium. i. cognitionu. vt. s nos puri. idest sinceri vel immaculati. surgamus a cubilibus. castis mentibus. idest cum castis cogitationibus.

A Solis ortus cardine ad vsqz terre limitem: xp̄m canamus principem natum maria virgine.

¶ Istud metrum est idē quod in superiori. In hoc hymno agit de incarnatione domini. et de natiuitate eius. quo scilicet puerpera enixa est illum qui vniuersa ex nichilo creauit. et non abhorruit iacere in presepio. Et cōtinuat iste hymnus cum superiori. Dixi enim ꝙ celum terra et mare et omnia que in eis sunt canunt deo. quia ab ortu solis vsqz ad occasum. vniuersus mundus laudat deum. Uel aliter dixi ꝙ eius presepe iam fulget nouo lumine. et ideo canamus natum de maria virgine. et hoc est quod dicit. ¶ Construe. Nos christiani canamus. idest laudamus a cardine ortus solis. idest ab origine mūdi. vel a cardine ortus solis. idest ab oriente mundi. vsqz ad limitem terre. idest ad occidentem. christum principem. regem. natū. idest genitum. maria virgine. i. ex vtero marie virginis.

Beatus autor seculi seruile corpus induit: vt carne carnem liberans ne perderet quos condidit.

¶ Construe. Beatus autor: bene dico ꝙ debemus deum laudare: q: beatus autor. idest factor. seculi. i. mundi. induit. i. assumpsit seruile corpus. i. humanam carnem. vt ipse liberans carnē. i. nostrā humanitatē. carne. s. sua. ne ꝑ vt non perderet. s. homines illos quos condidit. i. creauit.

Caste parentis viscera celestis intrat gratia: vēter puelle baiulat secreta que non nouerat.

¶ Construe. Caste parentis viscera. Et vere induit seruile corpus. quia celestis gratia. s. xp̄s intrat viscera. i. vterum caste parentis. s. virginis marie. et sic venter. i. vterus puelle. s. marie. baiulat. idest portat secreta. s. celestia que scz secreta. non nouerat. scz ante conceptionem.

Domus pudici pectoris templum repente fit dei intacta nesciens virum verbo concepit filium.

¶ Et vere baiulat secreta que nō nouerat. Ideo construe sic. Domus. idest aluus pudici pectoris. idest puri cordis. scz marie. fit. i. efficitur. repēte. i. cito. templū dei. i. hospitium. domus dico intacta. i. incorrupta. nesciens virū per carnis cōmixtionem. cōcepit filiū. s. xp̄m. verbo. i. per verbum quod ipa dixerat ad gabrielem dicens. (Ecce ancilla dn̄i: fiat michi scd̄m verbū tuū) Vel verbo. idest per verbum quod dixit. Gabriel ad ipsam. vnde dixit. Ecce concipies et paries filium.

Enixa est puerpera quem gabriel predixerat: quem matris aluo gestiens clausus iohannes senserat.

¶ Dico ꝙ concepit et vere: quia puerpera. i. maria pariens puerum. enixa est. i. peperit filium. quē filiū gabriel ille archangelus. predixerat nasciturū et quem iohannes baptista. clausus. i. inclusus. aluo. i. in vtero matris sue.

Elizabeth senserat. idest cognouerat. gestiens. idest gaudens.

Feno iacere pertulit presepe nõ abhorruit: paruaq3 lacte pastus est per quem nec ales esurit.

¶ Cõstrue. Et postq̃ christus natus est ex virgine maria. pertulit. i. passus est. iacere. idest quiescere. feno. idest in feno. et non abhorruit. idest non refutauit presepe. idest stabulum. et supple christus passus est. i. nutritus paruo lacte virginis marie. per quem supple christum. nec pro non ⁊ ales. idest nutrix. scilicet maria a qua christus nutriebatur. non esurit. idest non passa est famem. quia matres lactentes pueros magis esuriunt et sitiunt aliis hominibus. sed maria christum lactabat ⁊ christus ipsam regebat. ideo non plus sitiuit nec esuriuit.

Gaudet chorus celestium et angeli canunt deo: palamq3 fit pastoribus pastor creator omnium.

¶ Construe. Et quia christus natus est. Chorus. idest societas celestiũ spirituum gaudet. idest letatur. et angeli. idest throni. et dominationes principatus. et potestates. ⁊ de ceteris. canunt. idest cantant deo. scilicet glorioso. q3 pro ⁊. et pastor et creator omnium. scilicet rerum. fit palam. idest manifestatur pastoribus. Iuxta turrim. Abnam. ad quem locum pastores sicut et modo pro consuetudine habebant vigilare super greges suos. ⁊ erat ibi planicies terre apta pastoribus illius regionis ad seruandum ibi vigilias noctis super greges eorum.

Hostis herodes impie christum venire quid times: non eripit mortalia qui regna dat celestia.

¶ Materia huius hymni est conclamatio quam facimus contra herodem qui audita christi natiuitate: amittere regnũ timuit: ideo multos pueros interfecit. estimans se etiam christum interficere. ¶ Intentio autoris est tractare de tribus miraculis magnis queq3 in die epyphanie facta sunt.

¶ Primo de trium magorum apparitione per stellam. De aque in vinum transmutatione. Et de christi baptismo in iordane. Et etiam de pueris per herodem interfectis. ¶ Nota q̃ hymnus iste continuatur superiori: ita quia dixi q̃ christus natus est et passus est iacere feno. vnde herodes de natiuitate eius turbatus occidit multos pueros. timens ne regnũ suum amitteret. sed stulte fecit. quia ille qui est rex regum et dominus dominantium: non venit vt ei regnum auferret. sed vt totum mundum tantis criminibus inuolutum a peccatis liberaret. ideo dicit. ¶ Construe. O impie hostis herodes. quid. idest cur times christum venire: quia ipse nõ eripit mortalia regna. qui dat celestia regna.

Ibant magi quam viderant stellam sequentes preuiam lumen requirunt lumine deum fatentur munere.

¶ Construe. Magi. idest reges ibant quesitũ xp̄m ⁊ adorare eũ. sequentes stellam preuiam. i. precedentem. quã viderãt. ⁊ requirũt lumẽ. i. xp̄m. lumine. i. cum stella: ⁊ fatentur deum munere. s. auro. thure. ⁊ myrrha.

Lauacra puri gurgitis celestis agn⁹ attulit peccata que non detulit nos abluendo sustulit.

¶ Construe. Celestis agnus. i. xp̄s attulit. i. suscepit lauacra. i. baptismum puri gurgitis. s. iordanis. ⁊ sustulit. idest abstulit a nobis. abluendo nos p̄ baptismum peccata. i. crimina. que pctã non detulit. i. secum nõ portauit. quia ipse mundus erat ab omni peccato tam actuali q̃ originali.

Nouum genus potẽtie aque rubescunt hydrie vinumq; iussa fundere mutauit vnda originem.

¶ Construe. Nouũ genus. i. inauditum opus. potentie. s. miraculorum. q; aque infuse hydrie: rubescunt. i. flauescunt. q; p̄ ⁊. ⁊ vnda. i. aqua infusa hydrie iussa. idest precepta. fundere. i. effundere. vinũ mutauit originem. i. naturam suam: quia ad verbum dñi aqua facta est vinum.

A patre vnigenitus ad nos venit per virginẽ baptisma cruce consecrans cunctos fideles generans.

¶ Construe. Unigenitus. supple filius. idest xp̄s venit. i. descendit a patre supple in diuinis: ad nos supple homines. per virginem supple Mariam christus dico consecrans baptisma. cruce generans. cunctos fideles. idest christianos.

De celo celsus prodiit accepit formam hominis: facturã morte redimens gaudia vite largiens.

¶ Construe. Christus dico celsus. idest altus vel potens. prodijt. i. venit de celo. xp̄s dico accepit. i. induit formam. i. similitudinẽ hominis. xp̄s dico redimens facturam. sc; suam in hominem. morte. i. per mortem. xp̄s dico largiens. idest dans gaudia vite. supple eterne.

Hocte redemptor quesumus illabere ꝓpicius: clarumq; nostris sensibus lumen prebe fidelibus.

¶ Cõstrue. O redemptor. idest saluator nos quesumus. i. rogamus. te. hoc. idest propter hoc. illabere propicius. q; pro ⁊. et prebe. i. concede vel da nostris fidelibus mentibus clarum lumen.

Mane nobiscum domine: noctem obscuram remoue omne dilectum ablue: piam medelam tribue.

¶ Construe. O domine. i. christe. mane nobiscum. et o domine remoue obscuram noctem. ⁊ o domine ablue. i. munda omne delictum. i. omne peccatũ siue vicium. ⁊ supple o domine tribue. i. cõcede vel da piam medelam. idest piam remedium contra peccata.

Quē iā venisse nouimus redire item credimus tu ceptrū tuum inclitum: tuo defende clipeo. Gloria.

¶ Construe. Quem. scʒ dn̄m. nos nouimus. i. cognouimus. venisse. i. ꝙ venit. item nos credimus. supple eum redire. scʒ in die iudicii: tu dn̄e defende tuum inclytum ceptrum. idest tuum gloriosum regnum christi fidelium. tuo clypeo. idest tua cruce.

Deus creator omnium poliqꝫ rector vestiēs diem decoro lumine noctem soporis gratia.

¶ Materia huius hymni est deprecatio ad deum. vt per diem et noctem simus ab illo adiuti et defensi a noxiis. Tres versus primi sibi coherent: et ita commode legentur simul. Primus versus exordium sumit a qualitatibus diei et noctis. hoc modo. ¶ Construe. O deus creator omnium rerū. qꝫ pro et. rector poli. i. celi vestiens. idest exornans. diem. scʒ artificialem decoro lumine. idest claro sole. et vestiens noctem. i. tempus nocturnum. gratia soporis. idest quiete dormitionis. et hoc in finem qui sequitur.

Artus solutos vt quies reddat laboris vsui: mētesqꝫ fessas alleuet luctus soluat anxios.

¶ Construe. Vt scilicet quies. i. requies nocturna: reddat. i. restituat vsui. i. exercitio laboris. artus solutos. idest membra dissoluta nerusta. per motus diurnos. qꝫ pro et. alleuet. i. recreet. mentes fessas. i. animos fatigatos p. diem. qꝫ pro et. et soluat. idest tollat anxios luctus. i. angustias tristicias mētis (quasi diceret). Ad hoc vestit deus noctem gratia soporis. vt animalia fessa per labores diurnos intrinsece et extrinsece. per requiem nocturnam reficerentur angustie quoqꝫ omnes et tristicie in die occurrentes per eandem requiem deponerentur ac obliuiscerentur.

Grates peracto iā die et noctis exortu preces: votis reos vt adiuues hymnum canentes soluimus.

¶ Hic perficitur sententia versuū precedētium. Et fit gratiarū exhibitio cū oratione in hunc modum. ¶ Construe. O deus creator oīm. ⁊c. nos canentes hymnum. hoc cāticum laudis. soluimus. i. reddimus tibi votis. i. desideriis totis grates. idest gratias. die peracto. i. ad finē pducto: iam. i. nūc. hoc est feliciter diem presentem transiuimus (⁊ supple soluimus) preces votis. s. oībus in exortu. i. in principio aduentus noctis. vt adiuues. i. auxilium des nos reos. i. criminosos homines. Et breuiter vt ita custodias nos nocte futura sicut fecisti de quo gratias dicimus die preterita.

Te cordis ima concinat: te vox canora concrepet: te diligat castus amor: te mens adoret sobria.

¶ Construe. Et ergo ima. i. intima cordis: concinent. i. laudent te. scʒ deum

et canora vox.i.dulciter canens.concrepet te.i.concrepando laudet.⁊ amor castus.idest pudicus.diligat te.⁊ sobria mens.idest sobrie viuens.adoret te (quasi diceret)ita adiuues.o deus nos reos et qualisfactos serues oī tēpore. vt ex totis viribus te laudare et honorare possumus:et est modus excellentis laudis deo exhibende ordinatus.in finem qui sequitur.

Ut cum profunda clauserit diem caligo noctium:fides tenebras nesciat et nox fidei luceat.

¶Construe. Ut cum.i.qñ profunda caligo.i.densa obscuritas noctiū.clauserit.i.finierit diem nostrum extremū.fides nostra nesciat tenebras.i.hereses seu peccata quibus obscuretur.et nox luceat fidei. Ita ꝙ noctis tempore virtus fidei in nobis semper eluceat.

Dormire mentem ne sinas dormire culpa nouerit:castos fides refrigeret:somni vaporem temperet.

¶Construe. Et ob hoc. O deus ne sinas.i.non permittas mētem.i.cor nostrum dormire.i sopori intendere:ꝙ tuum seruitium per hoc deficiat et negligatur.sed culpa.idest peccandi promtitas seu inclinatio:nouerit dormire.idest quiescere.fides refrigeret.i.frigidos faciat castos scilicet nos pudicos.sic ꝙ extinguat in nobis calores passionum noxiarum.⁊ temperet.i.mitiget vaporem.i.dulcedinem et delectationem somni:ne indispositi fiamus ad te laudandum omni tempore.

Exuta sensu lubrico:te cordis alta somnient:ne hostis inuidi dolo pauor quietis suscitet.

¶Hic declaratur latius versus precedēs sic. ¶Construe. Alta.i.eleuationes cogitādi.cordis scz nostri.exuta.i.denudata.a lubrico sensu.i.immūdo conceptu somnient te.i.habeant te pro materia somniandi.ne pauor.i.metus vel fragilitas humani corporis.suscitet.i.experge faciat quietos.i.pacificos.suppli in animo nostro.dolo.i.per dolum.inuidi hostis.i.diaboli qui inuidet semper paci ⁊ tranquillitati animi nostri.et laborat suggestionibus suis.nos instigare ad prauos actus.

Christum rogemus ⁊ patrem:christi patrisqꝫ spiritū vnū potens per omnia foue precantes trinitas.

¶Ista est oratio ad sanctam trinitatem. ¶Cōstrue. Nos rogamus xp̄m.i.filiū dei.⁊ patrē.s.in diuinis:⁊ sp̄m xp̄i patrisqꝫ.s.hoc modo. O trinitas.scz existens vnū.i.vna essentia.potens.per oīa in celo ⁊ in terra.⁊c.foue.i.nutri iuua et suscipe precantes.i.nos rogantes. Amen.

Primo dierum oīm quo mundus extat cōditus vel quo resurgens cōditor nos morte victa liberet.

¶Materia huius hymni est commendatio dñici diei:commendat eum per

parte. Hec sunt partes quia mundus conditus fuit tali die quo christus resurrexit: et per hanc commendationem beatus Gregorius vult monere nos ad honorem dominici diei de lecto mane surgere. ¶ Dominicus vero dies merito et cum discretione omnium dierum primus dicitur: quia dicitur primus respectu omnium creaturarum. Tertius etiam dicitur respectu resurrectionis domini: quia christus tertia die resurrexit. Octauus etiam dicitur respectu octaui diei. quia octaua die omnes resurgere debemus ad eternam vitam. Et ideo queramus in dominico die quo christus resurrexit vel in die iudicii qui dicitur sacratus. quia tunc bona bonis et mala malis redentur. ¶ Descendendo ergo ad litteram dico dominicam diem maiorem esse omnibus aliis diebus. quia tunc mundus fuit conditus. Et christus resurrexit eodem die. ergo habet primatum super omnes alios dies: ergo maior est aliis diebus. per locum a partibus enumeratis. vel a positione antecedentis. ¶ Construe. O fratres omnes surgamus in primo die dierum omnium. idest in dominico die. ocius. idest citius quam in aliis temporibus. quo scilicet dominico die. mundus extat conditus. idest factus. vel pro et quo die conditor. idest creator omnium creaturarum. resurgens a morte nos liberauit ab inferno vel a potestate dyaboli.

Pulsus procul torporibus surgamus omnes ocius/ et nocte queramus: pium/ sicut prophetam nouimus.

¶ Construe. Surgamus dico. a nostris torporibus: i. peccatis et vitiis. et non solummodo surgamus. sed queramus per obseruationem mandatorum. pium. idest deum in hac nocte sicut nouimus prophetam dauid deum quesiuisse. sicut ipse ait Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. etc. Et iterum dicit idem Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Unde in omelia beati Gregorii legitur de quodam viro qui postquam aliquantulum soporis corpori suo dedisset. extra mediam noctem surgebat: et vigilans perorabat: qui tamdiu hoc fecit. donec facta est vox de celo a domino dicens. Peccatum tuum dimissum est tibi. surge et noli amodo peccare.

Nostras preces vt audiat suamque dexteram porrigat vt expiatos sordibus reddat polorum sedibus.

¶ Construe. Surgamus inquam. et queramus pium. scilicet deum vt audiat nostras preces. i. nostras orationes (pro vitandis viciis: et pro acquirendis virtutibus) et porrigat. i. donet. suam dexteram. idest suum auxilium. supple nobis vt expiatos. idest absolutos et purgatos a vitiis vel a sordibus vitiorum reddat. idest concedat sedibus polorum. idest celorum et angelorum. idest ponat nos in regno celorum.

Et quique sacratissimo huius diei tempore / horis quietis psallimus donis beatis muneret.

¶ Construe. Reddat inquam nos polorum sedibus. vt muneret. i. appremiat nos beatis donis. idest donis celestibus. quique. i. quicunque psallimus. i. cantamus

mus. idest domino deo nostro. quietis horis. i. hore noctis. in tempore sacratissimo. idest sanctissimo(quo xps resurrexit)huius diei. s. dominice. vel muneret in sacris tēporibus. i. in die iudicii. Qui dies ideo dicitur sacratus: qꝛ tunc bona bonis. et mala malis reddentur et dabuntur. Sed quia superiora per nos habere nequiuimus. vertit se nunc ad christum. Et monet nos ꝙ deprecemur ipsum vt quatenus omnis libido et omnis macula remoueatur a nobis.

Jam nunc paterna claritas te postulamus affatim/absit libido sordidans omnis actus noxius.

¶ Construe. Jam postulamus te nunc: o paterna claritas. affatim. i. abundanter vt libido. idest luxuria ꝛ mala cōcupiscentia. libido dico sordidās corpora nostra et oīs actus noxius. i. nociuus. et omne opus malū absit. i. longe sit remotū: ne anima cum corpore sordescat.

Ne feda sit vel lubrica nostri cōpago corporis / per quā auerni ignibus ipsi crememur acrius.

¶ Construe. Ideo te postulamus. ne feda sit. i. sordibus plena vel lubrica. idest labilis ad luxuriam. compago nostri corporis. idest coniunctio anime ꝛ corporis(que tūc dicitur feda quando caro preest virtuti. et ratio est pulchra quando predominatur corpori. vel deprecetur vt caro subeat menti)per quā scilꝫ compaginem male viam crememur anima et corpore. idest cruciamur acrius. idest valde acriter. ignibus. i. doloribus et cruciatibus. auerni. i. inferni. (Auernus dicitur ab a quod est sine: et ver veris qđ est delectatio: quasi sine vere. idest delectatione. Auernus autem est locus in inferno vbi semper est ignis. in quo impii cremabunt. qui in hac vita in peccatis et vanitatibus mundi delicate vixerunt.

Ob hoc redemptor quesumus vt proba nostra diluas vite perennis commoda nobis benigne conferas.

¶ Construe. Et quia timemus vt ignibus crememur/ideo. O redēptor quesumus. i. cum desiderio quesumus et rogamus: ob hoc. i. propter hoc. vt diluas nostra proba. idest peccata ꝛ mala que probant animam ꝛ corpus. benigne conferas. idest concedas nobis commoda. s. bona vtilia ꝛ perpetua. perennis vite. idest eterne glorie.

Quo carnis actu exules/effecti ipsi celibes/vt prestolamur cernui melos canamus glorie.

¶ Construe. Quo pro vt. exules. nos peregrini a celesti patria. actu. i. operatione carnis(quēadmodū ipse qui est alienus a patria) dicitur exul ꝛ peregrinus. idest lōge remotus a patria. Sic ꝛ nos debemus esse remoti ab actu carnis per bona opera: vt sic cernui. i. humiles. prestolamur. i. expectemur. Unde. (Prestolor: excepto. prestolor querere dico)mereamur effici celibes. idest celestes ꝛ ad vitā eternā ducētes. Vel cernui. inclinati. ꝛ oculos sursum

tendentes a d dnm canamus. i. pferamus melod. i. dulcē cantum ore et corde. glorie. i. ad honorē tue laudis. Bene enim cantat q a pctis cessat. ꝛc.

Presta pater pijssime patriq; compar vnice cum spiritu paraclito regnans per omne seculum.

¶ Construe. O pijssime (qui mundasti nos a vitijs) pater. i. o creator ꝛ actor omnium rerum: ꝛ o vnice. i. o xp̄e fili dei viui. vnice dico compar. i. equalis: fm diuinitatem patri oīpotenti (in pugillo celū et terrā continenti) tu. s. xp̄s regnās (supple es) cum spū paraclyto. i. cōsolatore. per oē seculū. i. ante oīa secula. presta. i. dona seu concede. nobis ea que supra diximus. s. vt a vitijs abstinendo. in virtutibus perseuerare valeamus. Amen fiat.

Eterne rerum cōditor noctem diemq; qui regis et temporum das tempora vt alleues fastidium.

¶ Materia huius hymni est commēdatio dominici diei eterne. i. sine initio et fine. Et distinguit quid distat inter eternū et ppetuū. sempiternū. ꝛ tēporale. Eternū est quod caret principio et fine. vt deus. Perpetuū hz principium cum tēpore ꝛ habebit finē. vt mundus. Sempiternū est qd hz principiū sub tempore nec habebit finē. vt aīa. Temporale est qd incipit cum tēpore: et etiā hz finem vt corpus nostrū. ¶ Construe. Eterne rerū cōditor. i. factor. qui regis. i. disponas ꝛ gubernas noctem. i. pctōrē vel dyabolū: ꝛ q regis diē idest deū vel iustū. ꝛ das tēpora. i. diuersitates tēporū. i. spacioꝝ huius vite. vt alleues fastidiū. i. remoueas laborē nostrum. Eterni dei sapientia fuit. vt hoīs subleuaret fastidia tēporum mira delectatione variatoꝝ. Nā si semper nox esset homo deficeret ꝛ periret. et etiam si semper dies esset homo nimio laboris studio affectus periret et deficeret. Et ideo dominus deus misertus est nostri diei et noctis spacium conuenienter ponendo terminum: ꝛ temporibus tempora dedit conuenientia. Et nota ꝙ quemadmodū annus cōstituitur ex quattuor temporibus. sc; ex vere estate autūno. ꝛ hyeme. ita homo ex quattuor elementis. s. ex aqua: terra: aere: ꝛ igne.

Preco diei iam sonat noctis profunde peruigil/ nocturna lux viantibus/ a nocte noctem segregans.

¶ Construe. Preco diei. i. iohannes baptista. vel preco diei. i. xp̄s iam sonat. i. nunciat. diem. i. xp̄m: preco dico peruigil noctis profunde. i. inferni pfundi. nocturna lux. i. iohānes qui ante lucem surrexit. vt luceret homībus qui erant in tenebris huius mūdi viātibus. i. volentibus ire ad xp̄m. segregans noctem a nocte. i. peccatū a pctōre. qr quos vult assumit. et quos vult in suo sinit errore. Preco. s. dñs noster premium suis dilectis. diei. i. xp̄is sonat. i. manifestat euangelicā predicationē p predicatores suos. Ipse vero puigil. i. cognoscēs noctis profunde culpam. nocturna lux lucet viantibus. i. presens ecclesia que lucet in huius mundi tenebris. Et vult deus oēs homines saluos fieri non segregans aliquam animā peccatricē agētem peni-

tentiam de commissis peccatis a gratia sua.

Hoc excitatus lucifer soluit polum caligene: hoc om̄is errorum chorus viam nocendo deserit.

¶ Construe. Hoc excitatus lucifer. idest quo domino predicante vel iohanne. lucifer. idest verus predicator lucem diuine gratie ferens aliis. excitatus inq̄ soluit. idest absoluit. polum caligine. idest animam fidelem ab omni nigridine vitiorum et hoc omnis chorus errorum. idest exercitus maligni dyaboli. deserit. idest dimittit viam nocendi. idest offendendi. supple. iesu existē te peccator currit ad portum. idest ad dn̄m deum nostrum: vt ibi requiescat: et vires bone operationis resumat. ⁊ precone canente omnis deceptio dyaboli vel exercitus eius vel chorus. idest conuentibus errorum. idest hereticorum. deserit viam suam. idest dimittit maledictam sententiam nocendi. i. faciendi aliis nocumentum seu impedimentum.

Hoc nauta vires colligit pontiq̄ȝ mitescunt freta: hoc ipsa petra ecclesie canente culpam diluit.

¶ Sicut nauta pre nimio dolore ex maris tēpestate fatigatus tendit ad portum: vt ibi recolligat vires aliquantulum requiescens: sic anima fatigata ex nimio labore vitiorum ⁊ petōꝝ tendit ad portū. i. ad xp̄m p̄ confessionē vt ibi requiescat: et vires bone operationis recolligat. ¶ Construe. Nauta. i. nauis ductor: colligit vires. i. virtutes. hoc. s. deo precone. i. christo: freta. i. ebulationes vitiorum. ponthi. i. huius mūdi. mitescunt. i. mansuescunt. ⁊ hoc. s. per christū. ip̄a petra ecclesie. i. petrus (qui est fundamentum ecclesie) diluit. idest remouet canendo. i. flendo ⁊ penitendo. culpam. s. trine negationis (q: ipse ter negauit dominum).

Surgamus ergo strēnue gallus iacentes excitat: ⁊ somnolentos increpat gallus negantes arguit.

¶ Construe. Et quia gallus. i. xp̄s vel predicator. excitat. i. euigilat nos ad bene agendū. surgamus. scȝ a peccatis. strennue. idest festinātr gallus excitat. idest admonet ad penitētiam. iacentes. i. in peccato permanātes. somnolentos. idest tardos in bonis operibus. increpat. idest redarguit. quia sicut ille qui dormit tardus est ad omne opus. sic anima in peccatis manens inanis efficitur. ideo arguit. idest reprehendit. negantes. idest nolentes surgere de peccatis.

Gallo canente spes reddit egris salus refunditor: mucro latronis conditur fletuq̄ȝ culpa reuertitur.

¶ Construe. Gallo canente. i. predicatore predicante. spes reddit. i. fiducia recuperandi redditur: et salus. i. vita eterna. refunditur. i. largitur per penitentiam egris. i. peccatoribus. mucro latronis cōditur. i. insidie dyaboli (qui vt mucro cedunt hoīes ⁊ cruciant aīam eternaliter: ⁊ sic gallo canente fides) reuertitur. idest renouatur: lapsis. i. peccatoribus.

Jesu labentes respice et nos videndo corrige: si respicis lapsi cadunt fletu culpa soluitur.

¶ Construe. Et quia gallo canente. spes reddit. O iesu saluator mundi respice. idest miserere labentes. scilicet in peccatis et nos videndo. idest miserendo. corrige. idest castiga. si respicis. idest miseris. lapsi. idest labentes in peccatis. a peccatis per gratiam dei resurgent. peccata cadunt. idest delentur. quia pro fletu culpa. idest peccatum / soluitur. idest purgatur. fletu. idest gemitu lachrymarum.

Tu lux refulge sensibus mentisqꝫ somnum discute: te nostra vox primum sonet ⁊ ore psallamus tibi.

¶ Construe. Et quia peccata cadunt si miseris. idest remittitur. ideo. O tu lux. idest o tu christe qui es lux mundi illuminans nostras mentes. discute. idest remoue. somnum mentis. i. peccatum vel torporem nostrum: et hoc ad honorem tuum. scꝫ vt nostra vox sonet. idest laudet te. idest nomen tuū: o xp̄e primum. idest maxime. et psallamus. ore. scꝫ voce et corde. tibi. scilicet ad honorem et gloriam tui.

Nocte surgentes vigilamus om̄es semper in psalmis meditemur atqꝫ viribus totis domino canamus dulciter hymnos.

¶ In hoc hymno nos hortando admonet beatus Gregorius vt q̄diu in hoc mundo laboramus. et nocti. idest peccato subditi sumus cum omni studio pro executiōe. ⁊ cōseruatione bonoꝝ operum vigilare debemus. qr si vigilia nostra soli deo intendendo fuerit prouida. ad aures oīpotētis dei ꝓculdubio perueniet. ¶ Materia ergo huius hymni est laudatio nomīs dei: ⁊ ipi totis viribus decantare laudes intentio. Et causa figuralis est. vt nostram vitam emendendo surgamus a vitiis. et adhereamus virtutibus. Distinguamus ergo sic. O fratres nos omnes surgentes nocte. idest de peccato. vigilemus idest deuote perseueremus in laude dei. ⁊ hic semper ⁊ sine fine in psalmis. idest in bonis operibus: meditemur. idest cogitemus ⁊ perseueremus vigilādo. ⁊ canamus. i. dicamus dn̄o. i. saluatori nostro dulciter. i. suauiter hymnos. i. laudes. totis viribus. i. aīo et corpore. vigilare enī debemus sine fine: quia nescimus qn̄ dn̄s veniet. an mane. an sero. an media nocte. Nocte enim dixit: quia de nocte venit dn̄s. scilicꝫ in nubibus. i. velamine carnis que fuit quasi nox quando incarnatus fuit in beata virgine maria. quia deitas latebat in carne. et ideo in nocte. idest in hac presenti vita vigilare debemus. Et non tota nocte dormire: qr in nocte venit dominus. Unde in euangelio Uigilate quia nescitis diem neqꝫ horam: et ideo vigilemus in prosperis. et etiam in aduersis non horeamur. sed iugiter indefesse laboremus. vnde nō qui inceperit sed qui perseuerauerit vsqꝫ in finē hic saluus erit. Inchoata enim

virtus non prodest nisi ad finem perducatur.

Ut pio regi pariter canetes cum suis sanctis mereamur aulam ingredi celi simul & beatam ducere vitam.

¶ Construe. Canamus hymnos vt nos canentes. idest laudes deo persolventes pio regi xpo pariter. s. corpore et anima mereamur ingredi aulam celi. idest regnum eterne beatitudinis. et ducere. idest habere simul vitā eternam vel beatam. idest puram vel sanctam.

Prestet hoc nobis deitas btā patris ac nati pariterq́ʒ sancti spūs cuius roboat in omni gloria mundo. Amen.

¶ Dixi q̄ debemus canere pio regi. vt mereamur celi ianuam ingredi.

¶ Construe. Et beata deitas. idest deus vnus. s. pater et filius & spūssctūs prestet. i. donet nobis oībus hoc. i. ea q̄ supra orauimus. gloria. i. laus. cuius scʒ deitas roboat. i. claret in oī mundo. i. vbiq́ʒ. Vñ dr. Quicquid fit p ipsius fabricationem fit. s. dñi per quem et in quo sunt omnia. Oīa enim illi soli famulantur. Celum et terram ego implebo dicit dñs.

Ecce iam noctis tenuatur umbra: lucis aurora rutilans chorusca: viribus totis rogitemus omnes cunctipotentem.

¶ Materia huius hymni est miseratio xpi: & cōtinuatur hymno dicto supra sic q̄ surreximus nocte. i. de peccato canēdo. Nox depônitur & ecce dies appropinquat: q2 sicut ille. q̄ (gallo canēte) in nocturnis horis iter disponit agere. sic ille qui in nocte huius mundi ad celestia ire desiderat. gallo canente. idest predicatore predicante. surgit & iter incipit per bonam operationem.

¶ Construe. Ecce vmbra. i. ignorantia vel obscuritas noctis. i. dyaboli iam tenuatur. idest annichilatur aurora xps. i. filius dei pr̄is. rutilās. i. splendorē emittens chorusca. i. splendet. Nota q̄ sicut aurora pellit noctem. sic xp̄s deuicit dyabolum. quia xps est princeps nostre humanitatis aurora. idest xp̄s qui quasi aureum colorē hʒ. chorusca. i. splendet. ideo omnes rogitemus. i. deprecemur. totis viribus. i. cum omnibus virtutibus aīe & corporis. cuncti potentem: quia omnia in manu sua sunt.

Ut deus noster miseratus omnem pellat languorem tribuat salutem: donet et nobis pietate patris regna polorum. Amen.

¶ Ut deus noster miseratus nostri. s. quando miserendo nos redemit. pellat. idest remoueat omnem languorem. i. omne peccm̄ (et pellendo peccatum) tribuat salutem. idest ad vitam corporis & anime (quia per dei gratiam nō ꝓ ꝓpriis meritis vita datur) donet ergo nobis pietate patris. i. mia ipsius. regna celorum. idest celestem patriam.

IAm lucis orto sydere deum precemur supplices vt in diurnos actibus nos seruet a nocentibus.

¶ Materia huius hymni est deprecatio ad dñm. vt orto sydere. i. xp̄o. qui di gnetur nos segregare a vitiis pctõꝝ. ⁊ induendo virtutes repellat superbiã et nos faciat hũiles: ⁊ q: vmbra noctis. i. pctm̃ recessit a nobis. ideo lux vera idest xp̄s habitat iã in cordibus nr̃is. Uel sic. Sydere orto. i. xp̄o nato. qui re fulsit in mũdo: sicut sol iusticie. et suo sanguine eripuit nos de tenebris. ⁊ vm bra mortis. i. a peccato: ⁊ nos supplices. i. humiles. precemur deum. i. valde oremus apud deum. vt in diurnis actibus. i. assiduis bonis operibus. seruet nos a nocẽtibus. i. custodiat ⁊ protegat nos a pctĩs et ab oĩbus aduersis.

Linguam refrenans temperet: ne litis horror insonet vi-sum fouendo contegat ne vanitates hauriat.

¶ Construe. Dico vt nos obseruet a nocẽtibus gratia christi. Et refrenans. idest cõpescens linguã. ⁊ tẽperet eã ne horror litis. i. cõtẽtio vel seditio dya boli insonet. i. interius in corde sonet: ⁊ contegat visum fouendo (et quare) ne hauriat vanitates. idest ne videamus ea que non sunt videnda: ⁊ nõ solũ vi-sus oculoꝝ sit mundatus. sed etiã cor: vt pigri ⁊ senes gaudium vanitatis. i. in delectationibus ⁊ cõcupiscentiis nõ gaudeamus. Un̄ ait dñs. Non michi possunt viuere qui non sunt mortui mundo. Estimamus enĩ temere si deo et mũdo volumus perfrui. Et alibi. Nõ est cõuentio xp̄i aduersus belial. Chri stus et belial non bene conueniunt: nec in vna sede morantur. Et ait dñs in euangelio. Nemo potest duobus dñis seruire. s. deo et mãmone. i. pecunie male acquisite et diuitiis. ¶ Nota q̄ inter amorem dei et huius mundi hec est dr̃ia. q: amor huius mũdi in principio dulcis esse videtur. sed finẽ habet amarum. Amor dei ab amaritudine incipit. sed vltimo eius amor dulcedine plenus est: hec est salutaris mansio. scilicet deus. Hec enim sunt tabernacu la iustorum. in quibus vox leticie et exultationis sonat semper. vbi beati ha bitabunt. scʒ in ipso. cuius decorem propheta concupiuit. cuius habitationẽ optauit. cuius desiderium flagrauit.

Sint pura cordis intima: absistat et vecordia: carnis te-rat superbiam cibi potusqʒ parcitas.

¶ Construe. Intima cordis sint plura. i. munda a mala cogitatione. et vecor dia. i. stulticia (que facit hominẽ vecordẽ esse) absistat. i. absit a nobis ꝓcul. qʒ ꝓ ʒ. parcitas. idest abstinentia cibi ⁊ potus terat. i. deprimat superbiã car nis. i. peccatum ⁊ stimulos eius: q: nisi habeamus parcitatẽ cibi ⁊ potus. sʒ oĩa supradicta in contrarium nobis euenient. nec poterimus refrenare lin-guam nostram: nec nostra intima erunt pura sordida: ⁊ error in ea sociabitur et sic per cetera non saluabimur.

Ut cum dies abscesserit: noctemqʒ sors reduxerit: mundi per abstinentiam: ipse canamus gloriam.

¶ Construe. Ut cum dies abcesserit. i. xp̄s recesserit a nobis per mala opera nostra. q3 p ꝛ. sors. idest diuina dispensatio reduxerit noctem. i. mortem. Uel scd̄m aliquos. sol per suā absentiā reduxerit noctē. i. peccatū. q2 dies nichil aliud est q̄ illuminatio solis per aerē. vel aer a solis percussus. noctem inquā. i. peccatum. nos per abstinentiam vitioꝝ mundi. i. presentis seculi purificati. canamus gloriā. s. sempiternā ipsi supple xp̄o. ꝛ q2 nos recessit ꝛ dies venit: referamus gloriam deo. ꝛ hoc de iure.

Deo patri sit gloria eiusq3 soli filio cum spiritu paraclyto et nunc et imperpetuum.

¶ Referamus gloriā deo. et hoc de iure. dico. q2 tot ꝛ tanta cōtulit nobis: q2 morte sua liberauit nos ꝛ ad vltimum nos in filios adoptauit. ¶ Construe. Gloria. i. laus sit deo patri. q3 p ꝛ. et soli filio eius. s. iesu xp̄o. ꝛ hoc cū spiritu paraclyto. i. consolatore. Spūssanctus enī cōsolator dr̄. i. aduocatus primus ideo q2 discipuloꝝ corda que fuerant mesta de morte xp̄i reddidit cōsolationi: et nunc. i. in presenti. ꝛ imperpetuum. i. sine fine. Amen.

Nunc sancte nobis spūs vnū patri cū filio dignare promptus ingeri nostro profusus pectori.

¶ Materia huius hymni est deprecatio spiritussancti. vt dignetur in pectore nostro descendere. quam. s. deprecationē facimus in hora tertia. In hora enim tertia peccauit adam prothoplaustus in paradiso. propter qd̄ peccatū inde eiectus est. ideo facimus hanc orationem. vt sicut ab adam per suggestionem dyaboli separatus est. ita per eius correctionē nr̄o pectori ingeri dignetur. vt sicut inflammauit apostolos de spū sancto in hora tertia. sic dignetur etiam ingeri in cordibus nostris vel infundi vt mereamur verum deum laudare. ꝛ hoc est quod dicit. ¶ Construe. O tu sancte spūs. s. existens vnū. idest idem essentia. patri. s. deo causa filio. i. iesu xp̄o. dignare prōptus. i. paratus vel benignus. ingeri. idest infunde vel immitti in nobis supple hominibus: nunc et in p̄nti tempore: ꝛ hoc dico supple tu sancte spūs existēs profusus nostro pectori. i. vt infundas nobis spm̄ sanctum. vt simus repleti spiritu sancto: vt consequamur remissionē peccatoꝝ. per eū q̄ est vnus cum patre et filio in essentia vel in potestate. Unū enī dicitur p quādā essentiā triū personarū. vnū enim pertinet ad substentiam ꝛ nō ad personā. et hoc est qd̄ dicitur. Unum patri cum filio.

Os lingua mens sensus vigor confessionem personet flāmescat igne caritas accendat ardor proximos.

¶ Os et lingua pertinent ad corpus. mens vero ad aīam. ꝛ sensus ad vtrūq3 pertinet. Et similiter eodē modo spūssanctus pertinet ad vtrūq3. s. patrē ꝛ filiū. q3 procedit ab vtroq3. ꝛ tn̄ non sunt tres dii. sed vnus est deus fm̄ Athanasiū. in symbolo. ¶ Et nota q̄ in sole tria sunt. s. spera: claritas. ꝛ calor ipsius: sicut enim spera solis naturaliter splendens est et calēs: sic summus pa-

ter naturaliter sapiens et amans est. Et sicut sphera solis et splendor et calor nō sunt tres soles: sed vnus sol: sic summus pater et sapiētia et amor eius non sunt tres dij. sed vnus deus. ¶ In sphera solis ignea patrem intelligere debemus. in splendore filium. in calore spiritum sanctū. ¶ Construe. Os lingua. i. corpus. ⁊ mens. i. aīa sensus. i. vterq; scʒ tam corpus q̄ aīa. vigor. i. virtus. personet. idest credat vel confiteatur. confessionē. i. trinitatē. s. patrē et filium et spm̄sctm̄. esse vnū deū. amor dei ⁊ proximi. flammescat. i. ardeat in nobis. i. igne. i. spū sancto. ardor sue charitatis accēdat. i. illuminet spūali amore. proximos. i. amorem dei desiderantes.

Rector potēs verax deus qui temperas rerū vices splendore mane instruis ⁊ ignibus meridiem.

¶ Materia huius hymni sumitur cōtra qualitates aeris. ex hoc. scʒ q̄ maximus calor solet esse aliquādo in meridie. Et qn̄ solet noceri corpori. Unde deū rogare debemus vt in nobis extinguat flammas vitiorū nr̄orū et tribuat nobis suam charitatem in cordibus nostris. et nō solum in hora tertia deum rogare debemus: sed etiam in sexta hora in qua adā eiectus est de paradiso per superbiam suam: vt inde p trāsgressionē fuit eiectus. illuc redeamus p bonam operationē xp̄o annuente: qui eadē hora in cruce positus fuit. mortē pro nobis passus. Et hoc innuit Gregorius cum dicit. ¶ Construe. O tu rector. i. o deus qui regis oīa. potens. i. qui potes oīa facere que velis: q: manus tua. i. potentia: q: in ea oīs potestas et fortitudo. verax deus qui nunq̄ mentiris: quia tuipse es veritas. et verax es in verbis et promissis tuis que nunq̄ fallunt. qui temperas. idest moderas vices. idest vicissitudines rerū. Et tu instruis. idest decoras. mane. idest homines incipientes bona opera facere splendore solis. idest lumine christi. qui est verus sol iusticie. ⁊ instruis meridiem. idest homines qui in bonis operibus perseuerant. ignibus. idest charitate inflammata.

Extingue flammas litium aufer calorem noxium confer salutem corporum veramq; pacem cordium.

¶ Construe. Extingue. i. remoue. flammas. i. calores ⁊ estuationes. litium. idest mundanarū tentationum. Uel extingue flammas. i. mortifera in nobis ardores litiū. i. libidinis ⁊ concupiscentie. Uel litiū. i. odiorū ⁊ discordiarū. aufer calorē noxiū. i. remoue in nobis amorē et appetitū noxiarū rerū: q: tu bonus calor existēs ⁊ sol vite eterne: confer. i. dona nobis salutē corporū. q̄ p ⁊. confer veram pacem. i. securam tranquillitatem. cordium. i. aīarum.

Rerū deus tenax vigor immotus in te permanens lucis diurne tempora successibus determinans.

¶ Materia huius hymni est. q̄ non solū in hora sexta deprecandus et laudandus est deus: sed etiā in nona hora. in qua xp̄s postq̄ aīam suā patri cō-

mendauerat spiritum emittens migrauit de hoc mundo. vt possumus transire de vitiis a virtutes et bonas operationes. ¶ Construe. O deus tenax (a teneo es ere. qui creando omnia tenes sub potestate tua et pietate) vigor. idest virtus rerum permanens in te immotus. idest nō variabilis. qꝛ nunq̄ in seipso mouetur. determinans. i. diuidens tpa lucis diurne. i. quotidiane. successibus. i. quibuslibet distinctionibus.

Largire clarum vespere quo vita nusq̄ decidat/sed premium mortis sacre perennis instat gloria.

¶ Construe. Et quia hoc facis. largire. i. cōcede clarū vespere. i. finē nostri vite et exitū. quo. i. prout nostra vita nusq̄ decidat. i. non cadat in aliquo graui petō. sed perēnis gloria. s. illa que est sine peccato. s. premium mortis sacre. instet per remissionem peccatorum nostrorum.

Lucis creator optime lucem dierū proferens primordiis lucis noue mundi parans originem.

¶ Materia huius hymni est inuocatio quā fecit beatus Gregorius ad dn̄m vt sicut precepit mane iunctum vesperi vocari diem: vt ita exaudiat preces nostras ⁊ cōmendat die dn̄icum per opus qđ in eo factū est: ⁊ in eodē die fecit lucē que causat diē. ⁊ idcirco dixit. Fiat lux. et facta est lux. ¶ Construe. O optime creator lucis. i. filii tui vel angelorꝫ. proferens. i. tribuēs lucem. i. filium tuū dierū. i. apostolorꝫ tuorꝫ (qui dies vocantur) parans originē. s. qn̄ dixisti. Fiat lux. i. initium noue lucis. primordiis mūdi. i. apostoli (qui lux interpretatur). Vn̄ dr. Vos estis lux in ista vita. illustrantes omnia. Vos estis sol terre condientes morum temperātiam. Ipsi enim apostoli pastores sunt populorum omnia conseruantes.

Qui mane iūctum vesperi/diem vocari precipis: tetrum cahos illabitur/audi preces cum fletibus.

¶ Construe. Et quia tu precipis mane iūctum vesperi vocari diē. i. diem et noctem (qui est dies naturalis). Vn̄ dr Genesis primo. Factum est vespere ⁊ mane dies vnus. vel aliter. Tu qui precipis iunctū vesperi. vocari diē. i. dictam iunctā carni nostre (que obscura est) vel vesperum vocari diem. i. xp̄m (qui est verus dies) tetrum cahos. idest nox et peccatum. ⁊ obscuritas vitiorum illabitur. idest cadit in nos. et ideo audi preces nostras cum fletibus. i. cum desideriis lachrymarum.

Ne mens grauata crimine vite sit exul munere: dum nil perenne cogitat seseq̄ culpis illigat.

¶ Dico audi preces nostras: ⁊ quare. Ne mēs. i. aīa nostra sit grauata. i. pōderata crimine. i. petō viciorū. sit exul. i. priuata munere. i. dono eterne beatitudinis. vite. i. xp̄i (qui est vera vita oīm hoīm) dum nil perenne incogitat. i. perpetuum. q̄ pro ⁊. illigat. i. illaqueat. sese culpis. i. peccatis.

Celorum pulset intimuz vitale tollat premium/ vitemus omne noxium purgemus omne pessimum.

¶ Ergo et nos debemus accipere xp̄m vel eternam beatitudinem: ꝛ vt hoc fiat. ¶ Construe. Mens pulset. i. inquirat intimū celorum. i. xp̄m vitale premium. i. eternam beatitudinem: ergo vitemus omne noxium. i. omne peccatum (quantum ad corpus) et purgemus. idest emēdemus omne pessimum. idest omne peccatum (quantum ad aīam).

Andrea pie sanctorum piissime obtine nostris erratibus veniam: vt qui grauamur sarcina peccaminum subleua tuis intercessionibus.

¶ Construe. O andrea pie. s. apostole xp̄i mitissime sanctoꝝ. i. mitis ꝛ benigne super oēs sanctos obtine. i. impetra veniam. i. indulgentiā nostris erratibus. i. delictis siue peccatis. vt ꝓ ꝛ. subleua. i. sursum leua (erigendo mentem nostrā ad xp̄m) tuis intercessionibus. i. orationibus. q̄ grauamur. i. deprimimur. sarcina. i. pondere. peccaminum. i. peccatorum seu vitiorum.

O thoma christi perlustrator lateris per illa sancta te rogamus vulnera que mundi cuncta diluerunt crimina nostros reatus terge tuis precibus.

¶ Construe. O sācte thoma apostole perlustrator. i. inquisitor. lateris. idest vulneris xp̄i. et nos rogamus. i. deprecamur. te. scʒ thomam. per illa sancta vulnera. que scilicet vulnera diluerunt. i. deposuerunt. cūcta crimina mūdi. idest mūdatoꝝ. terge. i. absterge vel mūda. nostros reatus. i. nostras culpas tuis precibus. idest orationibus.

¶ Jam bone pastor petre ꝛc. Require in Aurea luce.

Mathia iuste duodeno solio residens sorte nos a cunctis sordibus solue peccati: noue lucis gaudiis quo perfruamur tuis sanctis precibus.

¶ Cōstrue. O mathia iuste apostole dn̄i. tu residens. i. sedens. sorte. i. ꝑ sortem. duodeno solio. i. duodecima sede aplōꝝ. solue. i. absolue nos. s. hoīes a cunctis sordibus. i. oībus pctīs. quo ꝓ vt. vt perfruamur tuis sctīs precibus. idest per tuas sanctas preces. gaudiis. i. leticiis: noue lucis. i. eterne vite.

Bartholomee celi sydus aureum: millies supra celi iubar radians: erige mentes nostras celo turbidas egrasq; nostras sana conscientias.

¶ O bartholomee apostole aureū sydus. i. predicator: fulgēs ꝑ predicationem celi. idest celestis regis: tu radiens. idest splendēs millies. supra iubar.

idest claritatem celi. erige. idest subleua nostras turbidas mentes. idest viciosas siue vexatas. celo. idest ad celum. et sana. id[illegible] munda. nostras egras conscientias. idest infirmas per peccata.

Mathee sancte bino pollens munere [illegible]dulis Jesum interpellat questibus: vt nos in mūdi gubernet turbinib⁹: ne post eternus sorbeat interitus.

Construe. O sancte mathee. tu dico pollens. i. splendens. bino munere. i. quia fuisti apostolus ꝛ euāgelista interpella. i. deprecare iesum. i. xp̄m. dn̄m nostrum. sedulis. i. deuotis q̄stibus. i. orōnibus. vt. s. iesus gubernet. i. regat nos: sc3 xp̄ianos. in turbinibus. i. vexationibus. mūdi. s. huius. ne. ꝑ vt non eternus interitus. i. infernus sorbeat. i. strangulet nos. post sc3 mortem.

Bina celestis aule luminaria iacobe necnō iohānes theologe: poscite nobis veniam rogantibus quam venit christus dare miseris.

Construe. O iacobe apostole dei. necnō. i. insuper iohānes apostole theologe. i. predicator verbi dei. vos dico bina luminaria. idest bine claritatis celestis aule poscite. idest optando optinete. nobis rogātibus. i. deprecātibus veniam. i. indulgentiam petōꝝ. quam veniam xp̄s venit de celo in mundum dare gratis. idest ex gratia. miseris peccatoribus.

Beate symon ꝛ thadee inclite cernite nostros gemitus cū lachrymis quiq3 per lapsum meruimus baratrū per vos celorum mereamur aditum.

Construe. O beate symon apostole. o thadee inclite. idest nobis apostole cernite. i. considerate nostros gemitus. i. lamētationes cū lachrymis. q3 ꝑ ꝛ. ꝛ sc3 nos q̄ meruimus baratrū. i. infernū ꝑ lapsum. i. ꝑ pctm̄. nos mereamur idest valeamus habere. per vos. s. apostolos aditū. i. introitum celorum.

SAncte dei preciose prothomartir stephane qui in virtute charitatis circumfultus vndiq3 dominum pro inimico exorasti populo.

Construe. O sancte stephane p̄ciose ꝑthomartyr. i. primus martyr dei q̄. sc3 stephanus circūfultus vndiq3. i. omni tp̄e. i. in corpore ꝛ aīa virtute charitatis. i. diuini amoris. tu exorasti. i. deprecatus fuisti dn̄m iesum xp̄m ꝑ pp̄lo inimico. s. hostibus te lapidātibus. dicēs. Dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄.

Funde preces pro deuoto tibi nunc collegio: vt tua propiciatus interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus.

¶ Construe. O tu stephane funde preces. i. orones deo pro collegio. i. societate vel cōgregatione deuotō. i. simplici. tibi scʒ stephano. nūc. i. in isto tpe seu mundo. Vt pro quo. dn̄s iesus xp̄s propiciatus. i. mis motus. tuo interuentu. i. auxilio iungat. i. iungere velit vel associare nos. s. purgatos ⁊ immundatos a peccatis. i. vitiis. ciuibus celi. i. spiritibus celestibus.

Et corone qua nitescis almus sacri nominis: nos que tibi famulamur fac consortes fieri: et expertes dire mortis in die iudicii.

¶ Construe. Et tu existens almus. i. sanctus. fac nos. s. hoies deuotos tibi. que famulamur. i. seruimus cū deuotiōe. fieri cōsortes. i. participes corone sacri nois. qua. s. corona nitescis. i. splēdes. ⁊ fac nos fieri exptes. i. nō participes. dire. i. crudelis mortis. s. eterne. in die iudicii. i. in extremo iudicio.

Gloria et honor deo vsquequo altissimo: vna patri filioque inclito paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen.

¶ Construe. Gloria et honor sint vsquequo. i. vndique altissimo deo. vna. i. pariter. patri. s. in diuinis. qui pro ⁊. et filio. i. nato indyto paradyto. i. spiritussācto cui laus est et potestas per eterna secula. i. eternaliter. Amen.

Christe redemptor omnium: ex patre patris vnice: solus ante principium natus ineffabiliter.

¶ Construe. O xp̄e redemptor. i. saluator omnium. o vnice. i. fili patris natus. idest procedens ex patre. idest a patre solus ineffabiliter ante principiū idest sine principio: quia eternus.

Tu lumen: tu splendor patris: tu spes perennis omnium: intende quas fundunt preces: tui per orbem famuli.

¶ Construe. Tu christe es lumen mundi. et tu es splendor. i. gloria patris. ⁊ es perennis spes. s. eterna omniū. scʒ xp̄ifidelium. intende. i. exaudi preces. idest orationes quas tui famuli. idest deuoti fundunt. i. emittunt vel orant per orbem. idest per totum mundum.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis: ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.

¶ Construe. O auctor, i. factor salutis memēto. i. recordare. quod pro qui. tu sumpseris. i. assumpseris. quōdā. i. olim formā. i. figurā nr̄i corporis. s. humani. et hoc dico nascēdo. i. procedendo ex illibata. i. incorrupta virgine. i. maria.

Hic presens testatur dies: currens per anni circulum quod solus a sede patris mundi salus adueneris.

¶ Construe. Hic pñs dies testatur. i. testimoniũ perhibet. dies dico currẽs. idest trãscurrẽs ꝑ circulũ. i. reuolutionẽ anni. ꝙ ꝓ q: tu solus. i. cũ nullo alio aduencris. aduenisti. a sede patris. in diuinis. salus mundi. s. huius.

Hunc celum terra hunc mare: hunc omne quod in eis est auctorem aduentus tui laudat exultans cantico.

¶ Construe. Celum. i. spũs celestes. hũc auctorẽ. terra supple laudat hunc mare sup. laudat hũc. omne qḋ est. i. existit in eis (celo ⁊ terra ⁊ mare) laudat auctorẽ. omne. s. exultans. i. gaudens: cantico tui aduentus. i. tue laudis.

Nos quoqꝫ qui sancto tuo redempti sumus sanguine: ob diem natalis tui hymnum nouum concinamus.

¶ Construe. Quoqꝫ pro ⁊. et nos qui sumus redempti. i. liberati. tuo sancto sanguine. cõcinamus. i. simul cãtamus. nouũ hymnũ. i. nouũ canticũ laudis ob diem. idest propter diem tui natalis. idest tue natiuitatis.

Somno refectis artubꝰ: spreto cubili surgamus: nobis pater canentibus: adesse te deposcimus.

¶ Materia huius hymni est ꝙ debemus surgere de lecto. i. pctõ. et deprecari deum vt dimittat nobis pctã. s. pñtia preterita ⁊ futura. Faciendo inuocationẽ ad deũ sic. ¶ Construe. O deus pater refectis artubus. i. sensibus nostris repleti somno. i. mũdana cogitatione. surgamus spreto cubili. i. ipsa delectatione. q: postꝙ fuerint mẽbra nostra refocillata somno ⁊ reparata virtute. debemus ad dei seruitiũ festinare. ⁊ tũc deus aderit nobis deposcimus idest deprecamur te adesse. s. pñtem nobis canentibus. i. laudantibus.

Te lingua primum cõcinnat: te mentis ardor ambiat: vt actuum sequentium tu sancte sis exordium.

¶ Construe. Et ideo nõ solum corde: sed etiã lingua te deprecamur. O dñe et hoc lingua nostra concinat. i. laudet te. premium. i. maxime sup oĩa. ardor idest maior mentis nostre ambeat. i. desideret te (ad quid) vt tu sancte pater sis exordium. i. principium nostrorum actuum sequentium, vt omnis nostra actio a te incipiat semper. ⁊ per te finiatur.

Cedant tenebre lumini: ⁊ nox diurno syderi: vt culpa quã nobis intulit: lucis labescat munere.

¶ Construe. Tenebre. i. pctã cedant. i. locũ dent syderi. i. christo. et nox. i. sordes pctõꝝ supple cedat. diurno syderi. s. xpo vt culpa. i. pctm. quam intulit. nobis. s. dyabolus. labescat. i. euanescat. munere. i. gratia. lucis. i. christi vel spiritus sancti. facit repetitionem.

Precamur idem supplices noxias vt omnes amputes: et ore te canentium lauderis imperpetuum.

¶ Nos supplices. i. humiles. precemur idem. i. illud vt amputes. i. auferas oēs noxias. i. pctā. vt lauderis. imperpetuū. ore canentiū. i. laudantium te.

Splendor paterne glorie de luce lucē proferens lux lucis et fons luminis dies diem illuminans.

¶ Materia huius hymni est patris ꝛ filij et spūssancti credulitas. et ꝙ tantum pater sit filio. ꝛ filius in patre. ꝛ spūssanctus procedēs ab vtroqꝫ. Et per istam credulitatē rogamus ipm vt confirmet. i. concedat nobis grām. ꝛ vt sit nobis cibus et potus in celesti patria. ¶ Construe. O xpe q̄ es splendor paterne glorie. i. patris tui celestis (q: xp̄s per patrē suū glorificatur) proferens lucē. i. spm̄ scm̄: de luce. i. de patre. vel proferens. i. manifestās. lucem. i. teipsum eternā lucē venientē in hunc mūdum de luce paterna. O lux. i. filius lucis. i. patris. et fons. i. origo luminis. s. spūssancti. ꝛ. s. tu es dies illuminās diem. i. illos quos predicatione apostolorum vis illuminari.

Verusqꝫ sol illabere micans nitore perpeti: iubarqꝫ sancti spiritus infunde nostris sensibus.

¶ Construe. Et tu o xp̄e qui es verus sol. illabere. i. descēde. micans nitore perpeti. i. ppetuo lu(m)ie virtutū. ꝛ infunde. i. īmitte iubar. i. splēdorē spūssancti nostris sensibus. i. mentibus: vt non solū vocemus te filiū. sed patrem.

Votis vocemus te patrem pater perēnis glorie: pater potentis gratie culpam releget lubricam.

¶ Construe. Et nō solū dicimus te filiū: sed votis vocemus. i. cognoscamus te patrem perennis glorie. i. ppetue. q: infinita erit. Et q: vocemus te vt pater potētis gratie. releget. i. recolligat vel mittat in exilium. culpam lubricā. idest libidinem. que facit hoīem cito labi de bono ad malum.

Informet actus strēnuos: dentem retundet inuidi casus fecundet asperos: donet gerendi gratiam.

¶ Construe. Dixi vt innocemus. vt pater informet. i. cōponat actus strenuus. i. honestos. s. bonas operationes. ꝛ retundet. i. frangit dentem. idest fortitudinē mundi. i. dyaboli. Et quēadmodum aliquis mordet escam. ita dyabolus mordet ꝛ seducit christianos instigando eos ad mala opera et fecundet. idest faciat prosperos. casus nostros asperos. scꝫ castigando nos sepissime faciant fecundare: christus donet nobis gratiam gerendi. idest patiendi eosdem casus asperos.

Mentem gubernet et regat casto fideli corpore: fides calore ferueat fraudis venena nesciat.

¶ Construe. Modo conuertit se ad fideles (quasi diceret) merito filius dei infundit nobis iubar sancti spiritus. q: ille multū vtilis est nobis: vt gubernet. i. regat ꝛ disponat mentem. i. aīam nostram. eam castam conseruando et

in fide catholica. fideli corpore. s. sancte ecclesie vt fides nostra ferueat. idest ardeat in calore. sez charitate vel amore spũssancti. ꝛ nesciat. i. ignoret: venena. idest hereses. fraudis. idest maligni spiritus.

Christusqz nobis sit nobis: potusqz noster sit fides: leti bibamus sobriam: ebrietatem spiritus.

¶ Ut mens sit nescia fraudis. christus nobis cibus. i. predicatio dei. q̃ satiat nos. in charitate ꝛ in dilectiõe proximi. vt cibus satiat corpus. ꝛ hac ita comestione. i. predicatione. habeamus potũ. i. fidẽ. ¶ Construe. Fides est charitas predicationis. qz ꝑ ꝛ. ꝛ xp̃s sit cibus celestis. ꝛ fides. s. catholica sit noster potus. leti. i. alacres vel hilares bibamus sobriã ebrietatẽ. s. infusionẽ spũssancti. vt nos seruet a pctõ. Ebrietas enim spũs est sobria. i. modesta ꝛ temperata: qꝛ hoĩes inflammat amore dei. et reseruat a pctõ: qꝛ sicut ille qui ebrius est vino. oĩa tradit obliuioni. nec recordatur quicq̃. sic qui plenus est spũ sancto vel gratia spũssancti omnia mundana obliuiscitur.

Letus dies hic trãsiat: pudor sit vt diluculum fides velut meridies: crepusculum mens nesciat.

¶ Cõstrue. Hic dies. i. presens vita. letus transeat. i. extermninetur. qꝛ letus dies sez christus veniet ad nos. ꝛ pudor. i. castitas seu verecundia sit. vt diluculum. i. aurora luceat. fides sit velut meridies. i. ferueat amore spiritussãcti quia meridies feruet. ꝛ mens crepusculum nesciat. i. peccatum ignoret. Qꝛ crepusculum est inter diem ꝛ noctem.

Amor cursus prouehit: aurora totus prodeat: in patre totus filius: et totus in verbo pater.

¶ Construe. Amor. i. pater prouehit cursus. i. ducit filium suum ad ista inferiora. aurora prodeat. idest manifestet totus. s. in substantia deitatis: qꝛ filius in substantia deitatis totus est in patre. ꝛ pater totus est in verbo. idest in filio. quia totus est vnus deus.

Immense celi conditor: qui mixta ne confunderet: aque fluenta diuidens: celum dedisti limitem.

¶ Materia huius hymni est. vt hoĩes diuidãt se a malis operibus: ꝛ adhereãt bonis: qꝛ queãdmodũ xp̃s aquas ab aquis in scda feria separauit partem in terra relinquẽdo: ꝛ partẽ in celo attrahendo ꝓpter natiuitatẽ aque. et hoc ideo: qꝛ terra confusa erat. ꝛ vt calor solis dissiparet res mundanas ita intendit diuidere mentes nostras a malis operibus. ¶ Sed queritur cur patrem attulit ad celũ. Dicitur q̃ ꝓpter elemẽtũ ignis: qꝛ nisi auctor nature interposuisset aliquod elementũ: terra nõ ita leuiter posset inhabitari. Et si q̃ratur qualiter aque manent sup ignẽ. dr̃ sm Aug. (q̃ fortitudo ignis aquam congulat ꝛ coartat). Si queritur si celũ mobile est rotũdũ quõ aque manent sursum dic. sm Ambrosiũ. qꝛ multa corpora exterius sunt rotũda: q̃ interius

sunt quadrata. et sic forte pōt esse celū. Celestes nāq̧ nature igne sūt: vū splis sit purus ether. q: rogus. i. ignis nisi vnda supior inferior temperaret: totam terrā intenderet et ruptā in puluerē dissiparet. ¶ Construe. O xp̄e immense idest sine mensura. cōditor celi. q̄ es diuida fluenta aque. i. aquarum cursus. ne mixta. i. confusa cōfunderet. i. destrueret sup faciē terre. i. cōfusionē faceret celū dedisti limitem. i. terminum inter aquas superiores et inferiores.

Firmans locum celestibus: simulq̧ terre riuulis: vt vnda flammas temperet: terre solum ne dissipent.

¶ Construe. Tu es firmans locū. s. inter aquas celestes et inter aquas terrestres. celestibus. i. angelis. aqs et simul riuulis terre. i. fluminibus vel peccatoribus. vt vnda. i. aqua temperet. i. moderet flammas. i. ignē firmamenti. ne flamme dissipent solum terre. i. soliditatem terre.

Infunde nunc piissime: donum perennis gratie: fraudis noue ne casibus: nos error attulit vetus.

¶ Construe. O piissime pater infunde nūc. i. in presenti vita. donū perēnis grē. i. spiritussancti. ne error vetus. s. ydolatrie. vel originale peccatum. atterat. i. conterat nos casibus. noue fraudis. i. heresis dyaboli. Nouum dicitur originale. quia primum erat peccatum.

Lucem fides inueniat: sic luminis iubar ferat hec vana cūcta terreat: hanc falsa nulla comprimat.

¶ Construe. Fides nostra inueniat lucē. s. tuam, o tu xp̄e. et inueniēdo ferat iubar. i. splendorē spūssancti. luminis. i. xp̄i. et ferendo iubar tribuat se nobis hec. s. fides. terreat cuncta vana. idest cunctam prauitatem hereticam: nulla falsa comprimat. idest deprimat. hanc. s. fidem.

Consors paterni luminis: lux ipse lucis et dies: noctem canendo rumpimus: assiste postulantibus.

¶ Materia huius hymni est surrectio noctis: quia sicut nos surgendo rumpimus noctem. ita dn̄s noster Jesus christus surgendo rūpit noctem. i. vicit peccatum. vel sicut dies adueniens noctis vmbras effugit. sic etiam adueniente vero lumine. s. xp̄o. vitiorum. i. peccatorum tenebras cōpulit. et sic totū mundum illuminauit. ¶ Construe. O christe consors. i. equalis vel cōscius eius nature. quia est pater. q: vnum est lumen patris et filij et spūssancti. paterni luminis. O tu christe tu es lux. i. filius lucis. i. dei patris et dies dierum omnium. luminum. rumpimus noctem. idest delemus peccatum. canēdo. i. psallendo vel laudando te. et ideo assiste. idest subueni postulantibus. i. petentibus. scilicet te cum precibus.

Aufer tenebras mētium: fuga cateruas demonum expelle somnolentiam: ne pigritantes obruat.

¶ Construe. O domine iesu christe aufer. i. remoue. tenebras. idest ignorantias mentium. scilicet nostrarum. fuga cateruas demonum. idest acies malignorum spirituum. expelle. idest reijce somnolentiam. i. anime pigritiam. ne illa sonnolentia. idest peccatorum dormitio. obruet. idest precipitet. pigritantes. idest in peccatis permanentes.

Sic christe nobis omnibus indulgeas credētibus: & prosit exorantibus: quod precinnentes psallimus.

¶ Construe. Sic. i. taliter. o xpe indulgeas. i. misereris omnibus credentibus nobis. vt quod precinnentes. i. laudantes psallimus. i. laudamus. ore et corde. quia vt prosit exorantibus. i. proficiat nobis deprecantibus.

ALes diei nūcius: lucem propinquam precipit nos excitator mentium: iam xps ad vitam vocat.

¶ Materia huius hymni est exhortatio christi ad nos. vt surgamus a vitijs et adhereamus virtutibus & premittit exemplū de gallo. Sicut enī galli cantus nos excitat vel vocat lucente die. sic xpus excitat mentes nostras et vocat nos per scripturas sacras. prenuncians q est venturus iudicare sup iustos et iniustos. Unde bene dicitur. Surgite et vigilate. q: nescitis diem neq horam. &c. ¶ Construe. Ales. idest gallus nuncius diei. precipit. i. predicit lucem. i. diem nobis propinquā. xps. excitator mentiū. s. nostrarū vocat nos iā ad vitam. idest nunc vocat nos ad se.

Auferte clamat lectulos egros sopore desides / castiq recti ac sobrii vigilate iam sum proximus.

¶ Cōstrue. Christus. clamat. i. vocat. et precipit nobis. auferte. i. relinquite lectulos. o desides. o pigri. supple relinquite lectulos egros. i. carnalitates. sopore. idest peccato. et vigilate. casti. i. non petulantes. recti. i. non tortuosi. sobrij et non ebrij. Et merito hec facere debetis. quia. s. ego xps. iam proximus sum vobis. i. propinquus. Uel scdm aliam litteram. O casti. s. anima et corpore. & o recti verbo et opere. & o sobrij. idest temperati cibo & potu. vigilate. quia iam sum proximus.

Jesum sciamus vocibus: flentes precantes sobrie: intenta supplicatio: dormire cor mundum vetat.

¶ Construe. Et quia christus est proximus. O fratres sciamus. i. cognoscamus iesum. i. flentes. i. tristantes. & precantes. illum sobrie. i. sine omni feditate. quia intenta supplicatio. i. assidua deprecatio. vetat cor mundum. dormire. idest permanere in peccato.

Tu christe somnum discute: tu rumpe noctis vincula: tu solue peccatum vetus nouumq lumen ingere.

¶ Construe. O tu christe discute. i. dissipa vel diuide. somnum. i. peccatum

seu dyabolum. ne nos decipit. et tu rumpe. i. diuide. vincula noctis. idest laqueos dyaboli vel penas inferni (que dicuntur nox) vt nos non decipiant. O homo tu solue peccatum vetus. idest originale. et ingere. i. immitte. nouū lumen. i. spiritum sanctum (qui merito dicitur nouum lumen. quia eijciendo vetera a nobis. nos renouat nobis).

Telluris ingens conditor: mūdi solū qui eruēs pulsis atqꝫ molestiis: terram dedisti immobilem.

¶ Materia huius hymni est deprecatio quā facimus ad deū: qui sicut deus pater fecit celum et terram. et diuisit superiora ab inferioribus. ita sua pietate nostra peccata dimittit. Et sicut dedit terram immobilem: vt daret fructum gratum: ita facit mēbra nostra acceptabilia ad fructificandū et seruiēdū sibi. ¶ Construe. O ingens. idest magnus cōditor telluris. idest factor totius orbis. qui eruēs. i. diuidens. solum mūdi terram ab aquis. s. ab inferioribus et superioribus. atqꝫ pro et. dedisti terram immobilem. i. terram stabilem. et hoc pulsis molestijs. i. elementis (que valde molestia erant dum inter miserentur confusus. idest simul mixtis.

Ut germen aptum proferens fuluis decora floribus fecūda fructu sisteret: pastumqꝫ gratum redderet.

¶ Construe. Supple terra pferēs. i. producens germen aptū. i. fructū congruū hoībus. et vt sisteret. i. pmaneret fecunda. i. fructuosa fructu. s. acceptabili supple illa terra. decora. idest speciosa est fuluis floribus. i. rubeis et albis floribus. qꝫ p et. gratum pastū. i. cibū seu nutrimentum acceptabile: redderet. idest cōcederet. tam hoībus q̄ pecudibus. Et ergo oīs homo tenetur summa diligentia ad laudandum deum.

Mentis peruste vulnera: munda vigoris gratia: vt facta fletu diluat: motusqꝫ prauos atterat.

¶ Construe. O christe munda. i. purga vulnera. i. peccata. peruste mentis. idest hominis maculati seu viciati. et hoc dico gratia vigoris. i. mediāte gratia spiritussancti. vt diluat. i. emūdet facta. i. malefacta et peccata commissa. fletu. i. cordis gemitu. et atterat. i. euertat et refrenet. prauos motus. idest malas inclinationes ab omni actu illicito.

Jussis tuis optemperet: nullis malis approximet bonis repleri gaudeat: et mortis actum nesciat.

¶ Construe. Supple vnusquisqꝫ pctōr. optemperet. i. aptet se et obediat. iussis tuis. idest mandatis vel preceptis tuis et (supple aliquis homo) nullis malis. idest non vllis. scꝫ operibus malis. approximet. i. accedat. sed gaudeat. idest letatur repleri. idest adimpleri bonis scilicet operibus. et nesceat. idest non cognoscat actum mortis. idest mortale peccatum. a quo vnusquisqꝫ abstinere tenetur.

Rerum creator optime/ rectorq̃ noster aspice nos a quiete noxia/ mersos sopore libera.

¶ Materia huius hymni est inuocatio auxilij diuini. vt deus dignetur criminibus nostris ignoscere. vt sicut surgimus de lecto ꝛ rumpimus noctem: sic xp̃s rumpat peccata nostra. ꝛc. ¶ Cõstrue. O optime creator oim̃ rerum et o rector noster aspice nos et libera a quiete noxia. i. mala (quia que carni delectant mala sunt sancte anime) et supple libera nos miseros. sopore. idest peccato. quia peccando miseri sumus.

Te sancte christe poscimus ignosce tu criminibus: ad cõfitendum surgimus: morasq̃ noctis rumpimus.

¶ Construe. Ideo poscimus. idest deprecamur te sancte xp̃e. ignosce. i. parce criminibus. i. oĩbus peccatis nostris (ꝛ ergo quia peccauimus) surgimus sc3 de virtute in virtutem. ꝛ ad confitendũ supple tibi petã rumpimus moras. idest impedimenta noctis. idest dyaboli.

Mentes manusq̃ tollimus/ prophetã sicut nouimus nobis gerendum precipit/ paulusq̃ gestis censuit.

¶ Construe. Nos tollimus. i. subleuamus mentes. idest cogitationes. ꝛ manus. i. operationes. sicut nouimus prophetam. s. dauid. precipit. i. iubet nobis gerendum. i. faciendum ꝛ surgendũ noctibus dicens. Media nocte. ꝛc. Paulus censuit. idest in scripturis suis indicauit dicens (Hora est iam nos de somno surgere) gestis. i. factis suis (quia Paulus de nocte laborabat ꝛ in die predicabat. ꝛc.) ¶ Et nota q̃ Paulus plus laborabat ceteris apostolis. quia in nocte cophinos faciebat vnde victualia habuit. et quod supererat pauperibus erogabat.

Uides malum quod gessimus/ occulta nostra pãdimus: preces gementes fundimus/ dimitte quod peccauimus.

¶ Cõstrue. Et qui es creator omnium rerum. Uides mala quod gessimus. idest fecimus: q: vides. ideo pandimus occulta nostra. idest manifestamus peccata. sc3 per confessionem. gemẽtes. i. suspirãtes fundimus tibi preces. idest orationes. et ideo dimitte. idest dona nobis veniam. de hoc quod peccauimus. idest commisimus.

Nox et tenebre ꝛ nubila/ confusa mundi et turbida lux intrat albescit polus christus venit discedite.

¶ Materia huius hymni est exclamatio quam facimus contra dyabolum ꝛ imploratio auxilij dei. vt diuersitas peccatorum ꝛ eorũdem enormitas a nobis recedãt. Et nota q̃ nox multis modis accipitur. Aliqñ pro ira. aliquãdo pro tempore. aliqñ pro obscuritate. aliqñ pro dyabolo. Et nota q̃ ideo nomĩa ista. sc3 nox tenebre et nubila posuit ad terrendum: q: tenebrarũ terrores vo-

luit per illa exprimere. et ideo. ¶ Construe. O nox. i. o dyabole. o tenebre. i. peccata. et nubila. idest discordis hereticorum. et turbida mundi. idest turbationes et seditiones. cōfusa. i. permixta. discedite. i. recedite. q2 sicut nox diē et sicut columba accipitrem: fugit. sic peccatum iusticiam. et dyabolus xp̄m fugit. Recedite inquā et operamini. quia lux. i. xp̄s intrat scȝ mentes fidelium polus. i. corpus albescit. i. nitescit. scilicet bonis operibus. et sic bene et sancte viuendo christus intrat corda nostra.

Caligo terre scinditur percussa solis radio: rebusq3 iam color redit vultu nitenti syderis.

¶ Construe. Caligo terre. i. obscuritas nostra vel secretū hereticorum scinditur. i. diuiditur. et hoc dico percussa radio solis. i. diuino verbo. et calor. i. vigor. spūssancti. qui. s. recessit ꝓpter presentiam tenebrarū. iā redit. i. reuersus est rebus. idest corporibus et animabus nostris. vultu nitenti syderis. i. splendore spiritussancti. qui est verus sol.

Te christe solū nouimus te mente pura et simplici: flendo et canendo quesumus intende nostris sensibus.

¶ Construe. O xp̄e nos nouimus te solum. s. redēptorē et illuminatorem ergo te nō aliū. pura mente. et simplici. i. sine hypocrisi. quesumus flendo. scilȝ peccata nostra. et canēdo. i. laudando te. de beneficijs tuis. intende. i. prebe. assensum nostris sensibus. idest intentionibus.

Sunt multa fuscis illita: que luce purgentur tua: tu lux eoy syderis: vultu sereno illumina.

¶ Construe. Multa. i. multe virtutes sunt illita nobis. i. iūcta vel vncta fuscis. i. nigris coloribus (Fuscus color dr̄ falsus color q̄ mixtos inter alios colores obfuscat nos) que supple mala purgentur tua luce. i. tuo splendore (bene dico) tua luce: q2 tu xp̄e es lux. eoy syderis. i. orientalis. s. patris et iō nos illumina. sereno vultu. idest claritate spiritussancti.

Celi deus sanctissime: qui lucidum centrum poli cādore pingis igneo: auge decoro lumine.

¶ Materia huius hymni est laus. quam consona voce. s. corde et opere tenemur deo persoluere: q2 ad vtilitatem nostrā oīa ꝓduxit. s. celū et terram. et multa alia. Nam primo fecit celū et terram. postea mare. deinde solem et lunam. etc. Rogamus ergo vt ad brauiū sue remunerationes oēs (dimittendo peccata) nos ad sui amoris gratiam faciat peruenire. ¶ Construe. O sanctissime deus celi. qui pinguis. i. decoras lucidum poli centrū. i. spacium vel punctum poli. seu zodiacū per quē signa decurrunt. ¶ Jam zodas aīal interpretatur. centrum vero est medietas sphere. sed hic ponit centrum pro toto celo. igneo candore. idest splendore. augens decoro lumine. scilicet pictura planetarum et diuersarum stellarum.

Quarto die qui flammineam solis rotam constituens lune ministrans ordinem/ vagos recursus syderum.

¶ Construe. Supple tu qui es constituens totã solis flammeã. i. ardentem quarto die. ¶ Notãdum ꝙ per quattuor dies mundus sine sole permãsit: q: prima die facta est angelica creatura. Secũda die factum est celum ⁊ aer. Tertia die facta est terra et aqua. Quarta die factus est sol et luna. Quinta autem die facti sunt pisces et aues. Sexta vero die facta sunt aĩalia ⁊ homĩes. Et tu supple es ministrans. i. tribuens ordinem lune et vagos syderum recursus. idest varios cursus: q: stelle non semper currunt eodem cursu. vel dr quantum ad planetas. nam planetarum vagos est cursus. quia alius est cursus solis. alius lune. alius syderum. ⁊c̃.

Ut noctibus vel lumini direptionis terminum/ primordiis et mensium signum daret notissimum.

¶ Construe. Et quare fecit deus predicta. Ut luna daret terminũ direptionis. idest separationis seu diuisionis. noctibus vel lumini. idest diei. vt daret notissimũ. i. certissimum signũ primordiis. i. principiis mensium. q: mẽsis habet triginta dies. parum plus vel minus. ⁊c̃.

Illumina cor hominum/ absterge sordes mentium/ resolue culpis vinculum/ euerte moles criminum.

¶ Construe. Et quia tu fecisti hec omnia. Illumina cor hominum. ⁊ absterge. idest munda sorde. idest prauas cogitationes. mentium. scilicet nostrarũ. et resolue vinculum culpis. idest peccati. et euerte moles criminũ. idest magnitudines peccatorum.

Nox atra rerum contegit terre colores omniũ: nos confitentes poscimus: te iuste iudex cordium.

¶ Materia huius hymni est rogare deum vt ipse caliginẽ mentis et corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc hymno clementiã dei oĩpotentis. vt nos defendat ⁊ protegat ab antiquo hoste. scꝫ dyabolo. et expellat intrinsecam obscuritatẽ mentis ⁊ corporis. ⁊ vt dignetur nobis sui luminis claritatem cõcedere. reseruãdo nos mũdos ab oĩbus pctĩs. ¶ Construe. Atra nox. i. dyabolus vel peccatum. cogitet. i. obtenebrat colores. i. illuminatiões oĩm rerũ terre. Nam ob hoc nõ necesse est nec etiã vale. ibi morari vbi scimus ꝙ noctis obscuritas oĩa cõtegit. colores herbarũ ⁊ ceterarꝫ rerũ in suis profundis tenebris obducit et sepelit. Sed cum hoc ꝙ nunc lucẽ syderis habeamus in mente: et hoc in mediis noctibus. i. cũ mundus sedet in tenebris et plus crescunt incendia carnis. tunc surgamus cõfitentes deũ. s. iudicẽ cordium nostrorꝫ. Rogamus ergo iudicem vt auferat a nobis caliginẽ pctorꝫ. ⁊ det nobis sue gratie dulcedinẽ. et ideo nos tibi confitentes pctã nostra. poscimus te. i. rogamus ea que sunt vite. s. misericordiam.

Tu auferas piacula: sordesq̃ mētis abluas: donesq̃ christe gratiam: vt arceamur crimina.

¶ Construe. O iuste iudex cordium. i. aīarum nr̄arum. auferas. i. deleas piacula. i. grauia pctā. ⁊ abluas. i. purges sordes. i. suggestiões dyabolicas que pungunt nos. q̃ ꝓ ⁊. o xp̄e dones. i. tribuas grām spūssancti (ad dd) vt crimina. idest peccata arceamur. idest expellantur a nobis.

Mens ecce torpet impia: quam culpa mordet noxia: obscura gestit tollere/ et te redemptor querere.

¶ Construe. Dico q̃ expellantur crimina. ⁊ quare. Quia ecce impia mens idest oīa peccatrix. torpet. i. pigrescit. quā. s. mentē. culpa noxia. i. mala mordet. i. pungit. ⁊ mēs gestit. i. cupit tollere. i. depellere a se. obscura. i. peccata. et gestit. idest cupit querere te. s. xp̄m. o redemptor. i. saluator.

Repelle tu caliginem intrinsecus q̃ꝫ maxime: vt in beato gaudeat se collocari lumine.

¶ Construe. Et quia mens gestit te querere. Tu repelle. i. remoue intrinsecus. i. ex anima. caliginem. i. cecitatem peccatorum. q̃ꝫ maxime. idest precipue. vt ipsa mens gaudeat se collocari. in beato lumine. i. in eterna beatitudine. idest regno celorum.

Lux ecce surgit aurea pallens fatiscat cecitas que nosmetipsos in preceptis diu errore traxit deuio.

¶ Iste hymnus continetur in superiori hymno: sed intētio versus est. ne scꝫ oculi peccent. Hic ponitur anapestus pro spondeo. ⁊ spondus secundo loco ponitur pro iambo. Nox vsq̃ modo texit. colores terre: sed modo discedit (q̃ ecce) lux aurea. idest euangelica predicatio. surgit in corda nostra. ⁊ ideo omnis cecitas pallens. idest dyabolus fatiscat. idest euanescat. que cecitas traxit. idest duxit nosmetipsos in preceps. idest in ruinam vel precipitiū. diu. idest multum deuio errore.

Hec lux serenum conferat purosq̃ nos prestet: sibi nichil loquamur subdolum voluamus obscurum nichil.

¶ Dixit q̃ lux surrexit. ideo. ¶ Construe. Hec lux conferat. i. donet nobis serenū. i. virtutē spūssancti. ⁊ potest nos puros. i. mundos ab oī pctō. sibi idest ad honorē suum. ⁊ hoc sic. loquamur nichil subdolum. idest deceptoriū. ⁊ nichil voluamus obscurum. i. nullum. cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies: nec lingua mendax: nec manus oculi nec peccent lubrici: nec noxa corpus inquinet.

¶ Construe. Tota dies. idest totum tempus vite nostre. decurrat sic. scilicet non loquendo subdolum. nec lingua mendax sit. idest non dicat falsum. nec

manus peccent. idest non faciant aliquid mali. nec oculi lubrici peccent. scilicet videndo illicita. nec noxa. idest culpa corruptionis. inquinet vel polluat corpus. scilicet nostrum.

Speculator astat desuper: qui nos diebus omnibus: actusque nostros prospicit luce usque in vesperum.

Construe. Et nolite peccare. quia Speculator. i. dominus astat. i. prospicit nos desuper. i. de celo. omnibus diebus. i. quotidie. que pro et. et prospicit. i. a longe vidit nostros actus. i. nostra opera. a luce prima. idest a natiuitate. et usque in vesperum. idest finem vite nostre.

Magne deus potentie: qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti: partim leuas in aera.

In hoc hymno continetur opus quod deus fecit in quinto die: quia tunc creauit pisces et aues ex aqua. et ipsorum que ex aquis fecit misit partem gurgiti. i. maris. scilicet pisces. et partem leuauit in aera. s. aues. creauit quoque cete grandia benedixitque eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris auesque multiplicentur super terram. et sic pisces et aues orti sunt ex aqua. sed quia aues non comeduntur. omni tempore sicut pisces. quod ideo fit: quia aues per coitum generantur sicut et nos. quod non est in piscibus. vel quia aues sunt calidioris nature quam pisces. Intendit etiam autor rogare deum: vt nos qui sumus abluti et mundati in sacro baptismate ab originali crimine. sic seruet nos vt nesciamus lapsus criminum. et vt dyabolus non deprimat nos per criminalia peccata.

Construe. O deus magne potentie. i. potestatis: qui remittis genus. i. pisces et aues. genus dico ortum ex aquis baptismatis. partim gurgiti. i. mari. scilicet inferno. vt pisces. i. malos homines. leuas. idest subleuas. partim in aere. i. in regnum celorum. vt aues. i. bonos homines (quasi diceret) sicut in aere aues collocasti. ita in celo homines sanctos posuisti.

Dimersa lymphis imprimens: subuecta collo irrogans vt stirpe vna prodita diuersa rapiant loca.

Construe. O tu deus imprimens. i. submergens dimersa. i. deorsum mersa vt pisces. i. malos homines: lymphis. i. aquis infernalibus. et irrogans. i. subleuans. subuecta. i. sursum vecta vt aues. i. bonos homines collo. i. capite. prodita. i. orta vna stirpe. i. vno baptismate renati. rapiant. i. accipiant. diuersa loca. i. distinctas mansiones. s. aerem et aquam. i. vitam eternam vel damnationem eternam. Vel diuersa loca. i. varia habitacula in celo. quia mansiones multe sunt in regno celorum iuxta distinctiones gradus beatorum. quia quilibet sanctorum hominum specialem habet locum vel gradum leticie in celo iuxta opera sua que fecit in hoc mundo.

Largire cunctis seruulis: quos mundat vnda sanguinis nescire lapsus criminum / nec ferre mortis tedium.

Construe. Et tu qui omnia fecisti. Largire. idest tribue. cunctis seruulis.

idest omnibus famulis tuis. nescire. i. non sentire. lapsus criminum. i. casus
peccatorum. que dimissa sunt in baptismo. quos seruulos vnda. i. effusio. san
guinis tui. mundat. i. lauat a pctis. nec pro ⁊ non. et largire seruulos tuos non
ferre. i. non pati. tedium mortis. idest penam dyaboli.

**Ut culpa nullum deprimat: nullum leuet iactantia/ elisa
mens nec concidat: eleuata mens corruat.**

¶ Construe. Ad hoc largire. Ut culpa. i. graue pctm̃ nō deprimat. i. nō ag-
grauet vel arguat. vllū. s. xp̄ianū. ⁊ iactantia. i. superbia. de bonis non leuet.
idest nō extollat vllū. ⁊ mens. i. aīa elisa. i. lesa a pctm̃. nō cōcidat. i. nō inci-
dat in desperationē. nec pro ⁊ nō: mens eleuata. i. inflata per superbiam. cor-
ruat. idest cadat supple in eternam damnationem.

**TU trinitatis vnitas: orbem potenter qui regis: at
tende laudum cantica que excubātes psallimus.**

¶ In hoc hymno hortamur de somno surgere. ⁊ medelam vitiorum diligen
ter querere. Intendit etiam in hoc hymno ipsam trinitatem laudare ⁊ inuo-
care. per quā mundus regitur. Ut impleat nos suo lumine: vt quicquid pec-
cauimus fraude demonum. ipse iesus christus abstergat celitus. i. de celo.

¶ Construe. O vnitas. i. o sancte spūs qui procedens a patre ⁊ filio. trinitatis
scʒ personarum. qui regis. i. gubernas. potenter. i. potentia tua. orbē. i. mun
dum. attende cantica laudum. i. hymnorū. que. sup. cantica nos excubantes
idest vigilantes psallimus. i. cantamus.

**Iam lectulo consurgimus: noctis quieto tempore vt fla-
gitemus vulnerum/ a te medelam omnium.**

¶ Construe. Nos cōsurgimus iam lectulo. i. ex desidia (lectus enī dr̄ ab ele-
ctis ⁊ mollibus herbis qbus antiqui recūbebāt) quieto tpe noctis (et ad qd)
vt flagitemus. i. rogemus ad te medelā oīm vulnerū. i. peccatorum.

**Quo fraude quicquid demonum: in noctibus delinqui-
mus: abstergat illud celitus: tue potestas glorie.**

¶ Construe. Quo pro vt. ⁊ vt potestas glorie tue. i. tue laudis. abstergat. i.
abluat vel purgat. celitus. i. diuinitus. illud supple peccatū. quicquid. s. vi-
tiorum. delinquimus. i. cōmittimus: fraude. i. deceptione. demonū. i. dyabo
lorum. in noctibus. idest in tenebris vitiorum.

**Nec corpus assit sordidum/ nec torpor instet cordium nec
criminis contagio tepescat ardor spiritus.**

¶ Construe. Nec corpus nostrum assit. idest non sit sordidum. i. pollutum.
nec torpor. i. pigritia vel malitia: cordiū. s. nostrorū. instet nobis. ⁊ contagio. i.
macula criminis: nō assit. ⁊ ardor. i. amor seu gratia spūs. scilicet sancti nō te
pescat. idest non deficiat in nobis.

Ob hoc redemptor quesumus: reple nos tuo lumine per quod dierum circulis/nullus ruamus actibus.

¶ Construe. Ut amor spiritus non deficiat in nobis. Ob hoc. i. propter hoc. O redemptor quesumus. i. rogamus te. reple nos peccatores. tuo lumine. i. splendore. per quod lumen non ruamus. i. cadamus. nullis actibus. i. peccatis. circulis. idest reuolutionibus dierum.

Eterna celi gloria/beata spes mortalium/celsi tonantis vnice/casteqz proles virginis.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad christum filiū virginis. vt dignetur nobis suam misericordiam tribuere dexterā porrigere vt mereamur corroborationē fidei et charitatis obtinere. ¶ Construe. O xp̄e tu existens eterna gloria. scz angelorum beatorum hoīm. vel quia pater tuus celestis per te glorificatur. ꝛ o beata spes mortalium. i. xp̄ianorꝫ hoīm: ꝛ o vnice celsi tonā‑tis. i. celestis patris scđm diuinitatem. qꝫ ꝑ ꝛ. proles. idest filī. caste virginis scz marie supple scđm humilitatem.

Da dexteram surgentibus/exurgat et mens sobria/flagransqz in laudem dei grates rependat debitas.

¶ Construe. O tu xp̄e. da dexterā. i. auxiliū tuū nobis surgentibus. s. a vitiis. et ita mens nostra. i. anima nostra. sobria. i. abstinens exurgat. s. ad laudem tuā. qꝫ pro ꝛ (supple mens) flagrans. i. ardēs. in laudē. i. honorē dei oīpotentis. rependat. i. persoluat. debitas grates. i. gratiarū actiones. in hymnis et canticis deo omnipotenti.

Natus refulget lucifer/sparsamqz lucem nunciat/cadit caligo noctium/lux sancta nos illuminet.

¶ Construe. Lucifer. i. stella matutina. natus: i. xp̄s. refulget. i. splēdet mūdo. qꝫ ꝑ ꝛ. et nunciat. s. mūdo sparsam lucē. i. natā. vere nūciat. qꝛ caligo noctiū. i. obscuritas dyaboli. cadit. s. in mūdo. ꝛ ideo lux sancta. s. xp̄s sua sanctificatione. nos illuminet. i. corda nostra illustret luminet spūssancti.

Manensqz nostris sensibus noctem repellat seculi/omniqz fine diei purgata seruet pectora.

¶ Construe. Ut ipsa lux manēs nr̄is sensibus. i. nobis habētibus qnqꝫ sensus corporeos. ꝛ repellat a nobis noctē. i. dyabolū. seculi. i. mundi. et illa lux seruet pectora nostra purgata. s. a vitiis. oī fine diei. i. oī tp̄e vite nostre.

Quesita iam pridem fides radicet nostris sensibus/fecūda spes cum gaudeat qua maior extat charitas.

¶ Construe. Fides nr̄as quesita a nobis. s. in baptismo iā pridē. i. cito. ideo dicit pridē: qꝛ fides est prima inter oēs virtutes. vt ibi fides spes et chari‑

tas. radicet. idest ponat radices. sensibus nostris. idest in mente nostra. ꝛ secunda. spes scilicet a fide. per quam. scilicet speramus vitam. congaudeat ꝛ charitas. idest talis virtus. extat maior. idest virtuosior. Juxta illud Maior autem horum est charitas.

Plasmator homis deus qui cuncta solus ordinans humū iubes producere reptantes ꝛ fere genus.

¶ In hoc hymno cognoscitur illud quod fecit deus in sexta die. Nam creatis omnibus reptilibus: piscibus: ꝛ auibus: ꝛ aliis bestiis quinta die. Sexta die formauit deus hominem ad imaginem suam. ꝛ precepit oībus aīalibus. dicēs Crescite ꝛ multiplicamini et replete terram. Et dixit homini. Dn̄amini piscibus maris. volantibus celi. ꝛ vniuersis que viuunt supra terram. Posuitq; eū in paradiso deliciarum. vt operaretur ꝛ custodiret illum. Intēdit itaq; autor rogare deum vt sicut deus fecit hoīem superiorē cūctis aīantibus. sic dignetur nos custodire vt non efficiamur inferiores brutis animantibus propter peccata nostra. Cur ergo hoīes creauit quos futuros presciebat malos. ideo quia preuidit quid mali essent facturi. sic etiam preuidebat quid boni essent facturi. Uel dr. Quis nouit sensum dn̄i. aut quis fuit cōsiliarius eius. Ad Rom. xi. ¶ Cōstrue. O deus plasmator. i. creator hominis. s. ade qui solus ordinans cuncta. idest disponēs omnia. iubes. i. promittis producere humum. i. ecclesiam. s. bonos et malos homines et genus reptantis. idest serpentis. ferre. idest bestie.

Qui magna rerum corpora dictu iubentis viuida / vt seruiat per ordinem subdens dedisti homini.

¶ Construe. O tu deus qui fecisti dictu iubētis. i. verbo filii tui. magna corpora. i. iumenta. pecora. bestias. oīm. s. rerū diuersarū. viuida. i. aīata. ꝛ subdens. i. supponens illa aīalia dedisti homini: vt seruiant. s. p ordinē. s. vnumquodq; aīal seruiat homini. in illo ad quod ordinatum est a natura. vt oues lepores. porcos ad comedendum. ꝛc.

Repelle a seruis tuis quicquid per immūdiciam aut moribus se suggerit aut actibus se interserit.

¶ Construe. O deus repelle. i. remoue a tuis seruis. quicquid suggerit. i. infert se per immundiciā. i. per aliquā superfluitatē vel p sordidā comestionē aut moribus. s. malis. qui scʒ ex consuetudine peccandi se abstinere non pñt a peccatis aut interserit. i. miscet se actibus. s. peruersis.

Da gaudiorum premia / da gratiarum munera / dissolue litis vincula / astringe pacis federa.

¶ Construe. O deus. da premia. i. remunerationem gaudiorū. s. eternorū. da munera gra[illegible]arū. i. dona spūs sc̄ti. dissolue vincula litis. i. pctā odii. ꝛ astringe. idest coniunge. federa pacis. i. concordie salutis.

SUmme deus clementie/ mundiq₃ factor machine/ vnus potentialiter/ trinusq₃ personaliter.

¶ Materia huius hymni est cognitionē habere trinitatis in vnitate: ꝛ vnitatis in trinitate. Intēdit auctor rogare deum. vt cingat lumbos nostros cingulo castitatis. et durat. idest inflammet vt repleat corda nostra. igne spiritussancti. vt casto corpore ꝛ mūdo corde seruire deo possumus. ¶ Construe. O deus summe clementie. i. alte pietatis. factor. i. creator mundi. i. vniuersi. q₃ pro ꝛ. machine sanctorꝫ supple qui es potentialiter vnus. i. in potentia sm diuinitatem. ꝛ trinus personaliter. s. in personis.

Nostros pius cū canticis/ fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus/ te perfruamur largius.

¶ Construe. Et tu pius (pro pie) suscipe benigne nostros fletus. idest lachrymas cū cāticis. i. cū hymnis vel laudibus. quo ꝑ vt. perfruamur te largius. idest amplius. ꝛ hoc corde puro. i. mundo. sordibus. i. a vitijs.

Lumbos iecurq₃ morbidum/ adure igne congruo: accincti vt sint perpetim/ luxu remoto pessimo.

¶ Construe. O deus adure. i. accende igne congruo. i. spiritussancto. lumbos nostros. ꝛ iecur ꝛ epar (Et nota q hec tria. s. iecur cerebrum ꝛ lumbi cogunt hominem peccare) vt sint accincti. idest vt lumbi sint casta contra libidinem perpetim. i. semper. pessimo luxu remoto. i. deposita luxuria. que multos proh dolor ducit ad gehennem.

Ut quiq₃ horas noctium/ nunc concinendo rūpimus donis beatis patrie ditemur omnes affatim.

¶ Construe. Ut quiq₃. idest quicūq₃ concinendo. idest psallēdo. rumpimus. idest per vigiliam diuidimus horas noctium. quia tunc bonum et quietum est orare. vt ditemur. idest diuites efficiamur. affatim. idest abundanter. beatis donis patrie. idest beatitudine patrie celestis. Ad quē christus indignetur nos perducere. Amen.

AUrora iam spargit polum: terris dies illabitur lucis resultat speculum/ discedat omne lubricum.

¶ Iste hymnus cōtinuatur superiori: q₂ nos rumpimus horas noctium. vt nos omēs ditemur. ꝛ diuites efficiamur in christo. Et ecce aurora. i. xp̄s iam spargit polum. i. illuminat corda hoim. Hortamur etiam nos vt sic nos viuamus in hoc seculo. vt illum verbum letē audire mereamur. sc₃ Uenite benedicti patris mei. ꝛc. Nā finito mundi termino. pctōres perpetuis tradentur tenebris. Fideles vero ꝛ iustos non in noctem sed in lucem ponet. Et hoc est quod precamur. ¶ Cōstrue. Aurora. i. xp̄s illabit. i. mergit terris. ꝛ aurora. idest xp̄s spargit polū. i. illuminat mētes vel ecclesiam. ꝛ speculū. i. pulchra

tudo vel aspectus: lucis. idest claritatis. resultat. idest gaudet. et ideo omne lu bricum. i. peccatum. discedat. scilicet a nobis.

Fantasma noctis decidat / mentis reatus subruat / quicquid tenebris horridum: nox attulit culpe cadat.

Construe. Fantasma. i. fantasia vel illusio noctis. i. dyaboli. decidat. i. recedat a nobis: et reatus. i. culpa mentis. subruat. i. cadat a nobis. et quicquid horridum. idest deforme nox. i. dyabolus vel nocturna cogitatio attulit nobis tenebris. s. obscuritatis. cadat. i. recedat a nobis.

Ut mane illud vltimum quod prestulamur cernui: in lucem nobis effluat: dum hec canore concrepat.

Construe. Ut mane illud vltimum. s. iudicium futurum. vel aduentus xpi in iudicium. quod prestolamur. idest expectamus. speramus cernui. idest per speculi effluat. idest eueniat nobis in lucem. dum hec. i. nox concrepat. i. resonat canore. idest cantu seu laudet.

Ex more docti mystico seruemus hoc ieiunium: deno dierum circulo: ducto quater notissimo.

Materia huius hymni est commendatio ieiunii. et hortamur ieiunare et deo seruire. et hoc tempore ieiunii sine orationibus et bonis operibus plusque in aliis diebus. vt inde habeamus vitam eternam. Construe. O fratres seruemus hoc ieiunium. in quo modo sumus. scz caste et honeste nos docti. idest. instructi. ex mystico more. i. figurata consuetudine. et hoc deno circulo. i. numero denario. dierum quadraginta. notissimo. idest manifestissimo ducto. idest multiplicato. quater. i. per quattuor.

Lex et prophete primitus: hoc pertulerunt post modum christus sacrauit omnium: rex factor atque temporum.

Construe. Lex data per moysen et prophete. s. helyas et alii pertulerunt hoc ieiunium. primitus. idest primo. et xps rex omnium hominum. atque pro r. factor. i. creator temporum sacrauit. idest sanctificauit illud postmodum. i. post moysen et prophetas. quia ieiunauit per quadraginta dies donans nobis exemplum. vt etiam ieiunemus.

Utamur ergo parcius verbis cibis et potibus: somno iocis et artus: prestemus in custodia.

Construe. Et quia prophete et postea xps consecrauerunt hoc ieiunium. Utamur parcius. i. temperantius. verbis inutilibus. cibis et potibus. i. a superfluitate comestionis et ab ebrietate. quia mediante crapula nos labimur in peccatis. et venter mero estuans de facili spumescit in libidinem. et non solum istis vtamur parcius. sed etiam somno nimio. et iocis illicitis. et prestemus. i. perseueremus. in custodia anime nostre.

Vitemus ante pessima: queqꝫ subruunt mentes vagas nullumqꝫ demus callido hosti locum tyrannidis.

¶ Construe. (Dico ꝙ relictis vitijs prestemus in custodia virtutum. et) Vitemus. idest abijciamus a nobis. ante. idest prius. pessima. idest peccata vel praua opera: queqꝫ subruūt. idest opprimunt. mētes vagas. idest ad malum pronas. qꝫ pro ⁊. nullum pro non ⁊ vllum. et nō demus callido hosti. i. dyabolo. vllum locum. idest aliquam occasionem tyrannidis. in nobis.

Dicamus omnes cernui: clamamus atqꝫ singuli ploremus ante iudicem / flectamus iram vindicem.

¶ Construe. Postq̄ abiecimus a nobis peccata per contritionē immediate. oēs nos cernui. i. humiles. dicamus. scꝫ nostra praua opera per confessionem. atqꝫ pro ⁊. et nos singuli. i. oēs nos simul. vel singuli. i. separatim (quilibet pro se) clamemus. idest vociferemus. ea ploremus. i. defleamus. ante iudicem. i. dn̄m iuste iudicantem. vt per fletum flectamus. i. mitigemus. iram vindecem. i. iuste vindicantem. si non emendemus.

Nostris malis offendimus: tuam deus clementiā: effunde nobis desuper: remissor indulgentiam.

¶ Construe. Et q̄uis nos peccatores offendimus. i. te nobis iratū vel irasci fecimus. tantum o deus qui es misericordia plenus. deus dico remissor. idest dator. effunde. idest emitte nobis. s. peccatoribus. desuper. i. de celo indulgentiam. idest peccatorum veniam.

Memento quod sumus tui licet caduci plasmatis nedes honorem nominis: tui precamur alteri.

¶ Construe. O deus memento. idest memor esto ꝙ nos sumus tui. s. p creatione. q̄uis sumus alieni per peccati perpetrationem. et lꝫ sumus caduci. i. crebro cadentis plasmatis. i. nature vel fragilis materie. tn̄ supple nos precamur. ne pro vt ⁊ non. vt non des alteri q̄ nobis honorē. i. laudem tui noīs supple gloriosi. Quia ad hoc nos ex bonitate tua deus plasmasti.

Laxa malum quod gessimus / auge bonum quod possimus / placere quo tandem tibi possimus hic et perpetim.

¶ Construe. Et quia nos precamur vt nos pre ceteris te honoremus. ideo O deus laxa. idest solue malum. i. pctm̄. quod. s. nos gessimus. i. fecimus. et auge. idest multiplica bonum quod nos poscimus. idest petimus. quo .p vt. vt possimus. i. valeamus placere tandem. i. in fine tibi. scꝫ a te. hic. i. in presenti. et perpetim. idest in futuro.

Presta beata trinitas: concede simplex vnitas: vt fructuosa sint tuis ieiuniorum munera. Amen.

¶ Construe. Quibus solutis a peccatis. o beata trinitas supple. persona-

rum. et o simplex vnitas. i. deus qui es vnus per essentiam. presta. i. prede et concede. idest largire. Ut munera. i. dona que proueniunt. non de nostris meritis. sed ex tua gratia. ieiuniorum. idest abstinentiarum. sint tuis supple famulis fructuosa. idest fructu plena. Amen.

Christe qui lux es et dies/noctis tenebras detegis/ lucisq; lumen crederis/lumen beatum predicans.

¶ Materia huius hymni est q deprecari debemus deu: vt det nobis quietam nocte: et vt defendat nos a perfido hoste. Oculi sic somnu capiant: q cor semper ad deu vigilet. Ideo. ¶ Construe. O christe qui es lux angelorum et illuminator oim sanctorum. Unde ipse dixit. Ego sum lux mundi. i. xps qui illuminat omnem diem: et parat omne lucem. Cum autem mirabile sit: q: sicut pater est lux: et filius sit lux. ita et spiritussanctus sit lux. non tame tres luces: sed pater filius et spiritussanctus vna et inseparabilis est lux sicut in hac dictione lux sunt tres littere et vnus sonus. cui ad significationem ipsius sensus aliqd addi vel minui no potest. sic quoq; tres persone sunt: vna aute deitas est naturaliter: cui addi vel minui no potest. no enim deus tres luces est. q: si essent diuerse essentie vna lux no esset: q: quicqd corporaliter diuidi non potest in illa substatia q diuisione no pariter no potest dici. Detegis. i. aperis tenebras. i. versutias. noctis. i. dyaboli. et crederis lume lucis. i. patris supple tu predicans. i. promittens apostolis beatum lumen. i. spiritumsanctum.

Precamur sancte domine defende nos in hac nocte/sit nobis in te requies/quietam noctem tribue.

¶ Construe. O scte domine precamur. idest rogamus. defende nos a vitiis et ab insidiatoribus nris. s. demonibus (qui tanq leones rugietes circueunt querentes quem deuorent) in hac nocte. i. in presenti vita. et requies sit nobis in te. idest vt tecum requiescamus in celesti patria: et tribue. idest concede quietam noctem. idest tranquillam.

Ne grauis somnus irruat/nec hostis nos surripiat nec caro illi consentiens/nos tibi reos statuat.

¶ Construe. Ne grauis somnus. idest ne graue peccatum vel dilectio peccati. irruat. i. opprimat nos: nec hostis. i. dyabolus surripiat nos. i. fraudulenter decipiat: nec caro nostra consentiens illi. scilicet dyabolo in peccatis: statuat nos reos. idest culpabiles et peccatores tibi.

Oculi somnum capiant/cor ad te semper vigilet/dextera tua protegat famulos qui te diligunt.

¶ Quauis dico q grauis somnus non irruat tn no dico q oculi somnu non capiant. immo aliquantulum capiant. ¶ Construe. Oculi capiant somnum scz moderate. et cor. i. mens nostra vigilet semper ad te. et dextera tua. i. misericordia tua. protegat famulos tuos qui te diligunt.

Defensor noster aspice / insidiantes reprime / guberna tuos famulos quos sanguine mercatus es.

¶ Construe. O defensor noster aspice nos. ꝛ reprime insidiantes. i. demões qui semp insidiãtur nobis. ꝛ nos id petimus vt deus eos reprimat ꝛ restringat ne tm̃ nocere valeant q̃tum volũt. ¶ Nota ꝙ maligni spũs tres habẽt habitationes. s. in inferno. in terra et in aere. Illi qui in terra manẽt in duas partes diuiduntur: ꝛ vocant lerue ꝛ lerues. lerue in nocte ledunt ꝛ lerues in die. guberna tuos famulos quos mercatus es. i. redemisti sanguine tuo.

Memento nostri domine / in graui isto corpore / qui es defensor anime / adesto nobis domine.

¶ Et q2 redempti sumus sanguine xp̃i. ideo debemus voluntati eius satisfacere. ꝛ preceptis suis pro salute nr̃a nosmetipsos onerare ꝛ iugiter applicare. vnde Dauid. Preceptum dñi lucidum illuminãs oculos. ¶ Cõstrue. O dñe memento nostri. in isto graui corpore. s. corruptibili. o dñe adesto nobis. scꝫ ad defensionem nostram. qui es defensor anime.

Summi largitor premii / spes qui es vnica mundi preces intende seruorũ / ad te deuote clamantum.

¶ Iste hymnus seruit pro tp̃e quadragesimali: in quo auctor rogat deũ. vt dignetur suos deuotos famulos exaudire: cõsciẽtias nr̃as mũdare. ieiuniũ quoqꝫ nr̃m acceptare. vt eo mediãte digne capiamus paschalia sacramẽta. ¶ Construe. O largitor. i. dator summi premij. i. eterne beatitudinis. qui es vnica spes mũdi. i. in quẽ solus mũdus debet sperare. ipse eñ est solus dñs a quo omne bonum descendens. et alij sancti pro nobis intercedere possunt apud dñm: vt optinere possumus rogata nostra. sed largire nobis principaliter non possunt. Etiam sua incarnatione ꝛ passione: necnon ꝛ morte precipue redempti sumus. nõ passionibus aliorum sctõꝝ. quare merito d: Unica spes mundi. intende. i. attende ꝛ suscipe preces seruoꝝ. s. tuorum clamãtum deuote. i. humiliter ad te. i. ad tuam miam.

Nostra te conscientia graue se offendisse mõstrat: quam emunda supplicamus ab omnibus piaculis.

¶ Hic amore patientis ꝛ inferni detegit primo vulnus. i. defectum suum et exinde opem medicantis implorat. ¶ Construe. Nostra conscientia. idest ratio discretiua. monstrat. idest indicat et fatetur se offendisse. i. ad iracundiam prouocasse et commouisse. te graue. i. grauiter. quam conscientiam. nos supplicamus. o xp̃e. emunda. idest purga. ab omnibus piaculis. idest mendis et maculis peccatorum.

Si tenuis quis tribuet / indulge quia potens es / si corde rogamus mundo / certe debes ex promisso.

¶ Disputat bono modo cum dño. ¶ Construe. Quia si renuis. i. negas vel recusarũ preces nr̃as exaudire ⁊ consciẽtiam nostrã purgare a criminibus. quis tribuet (quasi diceret) nullus quia tu solus peccata dimittis. ergo indulge. idest peccata dimitte. adhibe medelam ⁊ condescende nobis ad subueniendũ: q꞉ tu potens es. i. tu solus ex oĩ potẽtia tua habes. Tibi enim ꝓpriũ est misereri et parcere. quare ꝙ maius est. si nos rogamus mundo corde. i. puro contrito et confesso corde. tu debes. idest teneris certe. idest veraciter ex promisso. idest ex promissione. Dixisti enim ad Petrũ. ꝙ dimitteret peccata non solũ species sed septuagesiessepties. Et alibi dr̃. In quacunqꝫ hora ingemuerit peccator. iniquitatum eius non recordabor. Et sic. q꞉ promisisti o deus quasi ex debito obligaris.

Ergo accepta hoc nostrum / qui sacrati ieiuniũ / quo mystice paschalia capiamus sacramenta.

¶ Concludit cum oratione. Ergo q꞉ tu potens es ⁊ teneris. pro modo ex promisso. tu qui sacrasti ieiuniũ. ꝑsonaliter ieiunãdo. accepta. i. suscipe vel gratum habe. hoc nostrũ ieiuniũ. qꝺ facimus quo mediãte vt capiamus. i. accipiamus paschalia sacramenta. s. cõicationem corporis et sanguinis tui. mystice. idest sacramentaliter. digne cum effectu.

Sũma nobis hoc conferat in deitate trinitas / in qua gloriatur vnus per secula deus. Amen.

¶ Construe. Summa trinitas personarũ in deitate. cõferat nobis. i. tribuat vel cõferre dignetur. hoc qꝺ statim rogatũ est. in qua trinitate. vnus deus ꝑ essentiam gloriatur. i. letatur. ⁊ regnat per cuncta secula. i. eternaliter.

Audi benigne conditor nostras preces cũ fletibus: in hoc sacro ieiunio fusas quadragenario.

¶ Materia huius hymni est commendatio ieiunij ⁊ hortatur nos ieiunare. et deo seruire. et in hoc tp̃e ieiunij in orõnibus plusq̃ in alijs tp̃ibus insistere debemus. vt in die iudicij vitã habeamus eternã. ¶ Construe. O benigne cõditor. i. creator oĩm rerũ. audi preces nr̃as cũ fletibus. i. cũ ploratibus preces dico fusas. i. effusas in hoc sacro quadragenario ieiunio. i. in numero quadraginta dierum. in quibus ieiunare debemus.

Scrutator alme cordiũ: infirma tu scis virium ad te reuersus exibe / remissionis gratiam.

¶ Construe. Et q꞉ fundimus preces. o alme scrutator. i. inq̃sitor cordiũ nr̃oꝝ benedico scrutator. quia tu scis. i. cognoscis infirma viriũ. ideo exhibe. i. dona. reuersus ad te. i. penitentibus. remissionis gratiam.

Multum quidem peccauimus sed parce confitẽtibus ad laudem tui nominis: confer medelam languidis.

¶ Construe. Nos peccauimus quidem multum. sed parce confitentibus peccata sua. & confer languidis. idest peccatoribus. medelam. i. remissionẽ ad laudem tui nominis.

Sic corpus extra conteri dona per abstinentiam: ieiunet vt mens sobria a labe prorsus criminum.

¶ Construe. Et conferendo medicinam dona corpus conteri. idest castigari extra per abstinentiam. & dona vt sobria mens ieiunet. prorsus. idest omnino a labe criminum. idest peccatorum.

Ecce tempus idoneum: medicina peccaminum quibus deum offendimus: corde verbo operibus.

¶ In hoc hymno hortamur vt ab omni peccato abstineamus. & rogemus deũ cum lachrymis & precibus: vt ipse remittat nobis peccata nostra: & nos mũdet ab omni vitio in tempore huius ieiunij: quia christus pius est & misericors. ¶ Construe. O fratres. ecce tempus idoneũ. i. cõgruũ ad peccata remittendũ: quod tempus est medicina peccaminum. i. peccatorum quibus. s. peccatis offendimus deũ corde. i. vana cogitatiõe verbis. i. iniquis. turpiloquijs. operibus. i. prauis actibus.

Qui pius et propicius nobis pepercit hactenus: ne nos cũ nostris perderet tantis iniquitatibus.

¶ Construe. Dico quod verbo et opere deũ offendimus. Qui. s. deus existens pius et propicius. i. misericors pepercit nobis hactenus. i. hucusque. ne secũdũ mala opera nostra. nos pariter cum nostris tãtis iniquitatibus perderet. i. cõdẽnaret. Sed ita pepercit nobis: vt mediante paterno auxilio. ad christum veniamus. et ammodo in bonis operibus perseueremus.

Hunc igitur ieiuniis/ cum precibus et lachrymis/ multisque bonis aliis placemus deuotissime.

¶ Construe. Et quia pepercit nobis misericorditer. ergo placemus. idest placatum nobis faciamus: hunc. scilicet deum. ieiunijs. idest cum abstinentia cibi et potus. & cum precibus. idest cum orationibus assiduis Quia ipse ait Petite & accipietis. Iterum Amen amen dico vobis. quicquid orantes petitis credite et fiet vobis.

Ut nos a cunctis sordibus/ purgãs ornet virtutibus: angelicis et cetibus: nos iungat in celestibus.

¶ Construe. Dixit quod placemus eum deuotissime. Ut ipse purgãs nos a cũctis sordibus. i. peccatis. ornet nos virtutibus. & faciat nos perseuerare in eis & quod iungat nos angelicis cetibus in celestibus. i. in regno celorum.

Sit benedictus genitor: eiusque vnigenitus: cum spiritu paraclyto: in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe. Genitor. idest deus pater sit benedictus. et eius vnigenitus. i. christus (qui est filius dei) cum spiritu paraclyto. idest consolatore in sempiterna secula. Amen.

Clarū decus ieiunii: monstratur orbi celitus quod christus auctor oim: cibis dicauit abstinens.

¶ In hoc hymno hortatur et admonet nos autor ieiuniorum. humilitatem et inde auctoritatē habere et a xpo efficaciā. et vt antiqui patres (moyses et helyas) consecuti sunt vitam eternā. ita et nos cōsequamur. ¶ Construe. Clarū decus. i. commēdabile ieiuniū. monstratur. i. datur orbi. i. mundo. celitus. i. de celo. quod ieiuniū xps supple existens. auctor. i. creator oim. s. rerū dicauit. idest sanctificauit. abstinens cibus. i. a cibis.

Hoc moyses charus deo / legisq; lator factus est: hoc helyam per aera: curru leuauit igneo.

¶ Cōstrue. Moyses factus est charus. idest dilectus deo. hoc sup. ieiunio. idest p hoc ieiunium. q3 p et. moyses factus est legislator. i. dator legis diuine hoc. i. per hoc ieiunium. et hoc sc3 ieiuniū leuauit. i. vexit helyam. sc3 pphetam. igneo curru. i. quadriga ignea. per aera. i. per aerem. Quis cu3 helyas transgressus esset iordanem cum discipulo suo. Helyseo. fugiens persecutiones Jezabel. raptus est helyas in curru igneo in paradisum terrestrem pallio suo dimisso. Helyseus autem pallio leuato reuersus est ad iordanem et percutiens aquam cum pallio: cessit aqua iordanis et transiuit propheta sicco pede.

Hinc daniel mysteria: victor leonum viderat: hoc amicus intimus / sponsi iohannes claruit.

¶ Construe. Daniel propheta existens victor leonum. i. leones non nocuerunt eū. viderat per spm̄ sctm̄ mysteria. i. secreta (q̄ nemo alius sciro potuit) hinc. i. per hoc ieiunium. iohānes baptista claruit. i. factus est. intimus amicus sponsi. idest christi per hoc sc3 ieiunium.

Nec nos sequi dona deus: per exempla persimonie / tu robur auge mentium: dans spiritale gaudium.

¶ Construe. Et quia isti facti sunt sancti per hoc ieiunium. O deus dona. idest concede nobis christianis. vt possimus sequi. idest imitari. hec. scilicet ieiunia. per exempla parsimonie. idest abstinentie cibi et potus. et tu. auge robur. idest fortitudinem mentium. idest cordium. dans. idest donans spiritale gaudium. idest leticiam spiritus.

Presta pater per filium / presta per almum spiritum: cum his per euū triplici / vnus deus cognomine.

¶ Construe. O pater presta. i. dona nobis hec que supra petiuimus per fi-

lium tui vnigeniti: et presta p almũ spm. tu dico existẽs vnus deus in essentia. cum his. i. cũ filio et spũsancto. triplici cognomine. idest sub tribus distinctis noibus. per euum. i. eternaliter vel imperpetuum.

IEsu quadragenarie: dicator abstinentie: qui ob salute mentium: hoc sanxeras ieiunium.

¶ Iste hymnus est de recommẽdatione ieiunij. Dirigatur oratio ad iesum christum dei omnipotentis tanq̃ ad causam efficientem ieiunij et instituentẽ primitus ad finem. vt in littera. Primi tres versus condependent vt patebit. Primus versus sic. ¶ Construe. O iesu dicator. idest sanctificator et cõfirmator. quadragenarie abstinentie. idest quadragesimalis ieiunij. (Quadragenarius quinquagenarius. totum numerum collectum dicunt. sed quadragesimus. quinquagesimus dicunt dumtaxat vltimũ ex numero) qui sanxeras. idest institueras et sanctificaueras. dum adhuc in terris conuersabaris quadraginta dies continuo ieiunans nobis in exemplum hoc ieiunium quod seruandum singulis annis ecclesia depost ordinauit. ob salutem. idest propter redemptionem et vtilitatem mentium. idest animarum nostrarum. Prout sequitur.

Quo paradyso redderes: seruata persimonia: quos inde castimargie: huc illecebra depulit.

¶ Construe. Quo. idest vt tu redderes. i. restitueres paradyso celesti. et hoc dico parsimonia obseruata. idest abstinẽtia volũtaria cibi et potus custodita et obseruata. supple illos hoĩes. quos illecebra. i. illicita actio vel peccatum castimargie. i. castitatem mergentis. i. gulositatis et inordinate sumpsionis cibi et potus. vnde cadimus in incontinentiam. cũ cõtrario. Sine cerere et bacho friget venus. depulit. i. expulit inde. idest a paradyso. huc. i. in hũc mundum. i. vallem lachrymarum et miserie.

Adesto nunc ecclesie: adesto penitentie: qua pro suis excessibus: orat profusis fletibus.

¶ Hic perficitur sententia primorũ versuũ. sic. O iesu adesto nunc ecclesie. scz tue militanti contra hostes suos. adesto penitentie. vt te adiuuante perficiatur. qz penitẽtia supple ecclesia. orat pro suis excessibus. i. pctis. et hoc dico fletibus. i. lachrymis. profusis. i. effusis.

Tu retroacta crimina: tu remitte gratia: et a futuris adhibe: custodiam mitissime.

¶ Alia petitio in hunc modum. ¶ Construe. O iesu tu remitte. i. dimitte. crimina. i. peccata nostra. retroacta. i. prius facta. tua gratia. i. per tuam benignitatem. et o mitissime iesu adhibe custodiam. idest cõcede nobis gratiã cauẽdi a futuris criminibus. et ne recidiuemus in prius commisse confessa. et iam remissa in finem sequentem.

Ut expiati annuis: ieiuni orum victimis: tēdamus ad paschalia: digne colenda gaudia.

¶ Construe. Ut nos expiati. i. mūdati a peccatis nostris. annuis victimis. i. sacrificijs singulis annis. fieri solitis in commendationem actionis xpi. ieiuniorum. tendamus. i. procedamus et perueniamus melius dispositi ad gaudia paschalia. idest paschales solemnitates. calenda. idest agenda et exercenda. digne. i. debite laudabiliter ꝛ decenter. Ille est etiam vna causa institutionis ieiunij inter alias q̄plures/ vt per ipsum fiamus ydonei ad celebrā dum pascha. et ad capiendum paschalia sacramenta. sicut tetigit hymnus precedens in quarto versu.

Vexilla regis prodeunt/ fulget crucis mysterium quo carne carnis cōditor suspensus est patibulo.

¶ Materia huius hymni est (teste ambrosio) quia passio domini venit. Dicit ergo q̄ vexilla regis. idest christi iā prodeūt. Vexilla xpi sunt baptismus eucharistie ꝛ alia ecclesie sacramenta. ¶ Construe. Vexilla. i. sigilla regis. idest xpi prodeunt. i. apparent. mysteriū. i. sacrificium crucis fulget. i. claret quia expugnauit dyabolū. quo. s. mysterio conditor. i. creator. carnis. scilicet humane est suspensus carne scilicet propria. patibulo. i. cruce.

Confixa clauis viscera/ tendens manus vestigia/ redemptionis gratia/ hinc immolata est hostia.

¶ Construe. Ego dixi q̄ christus suspensus est patibulo. i. cruce. ideo xpus est hostia immolata. Vel sic (scꝫ in ara crucis) gratia redēptionis. i. saluatio generis humani. tēdens. i. extendēs manus scꝫ suas in cruce. ꝛ tendēs vestigia sanguinis ipsius. Et per hoc notat q̄ sanguis fluxerat p totum eius corpus. tendens dico viscera innumerabilia. q̄r intantū fuit extensus xp̄s in cruce q̄ oīa mēbra eius poterāt numerari. cōfixa. i. perforata clauis. sunt enim claui positi in manibus ꝛ pedibus suis. ꝛ lācea in latere suo. ꝛ inde exiuit sanguis et aqua. exinde dico manauit sanguis redēptionis nr̄e. et aqua baptismatis. ex quibus nos regeneramur in fonte et in sacro baptismate.

Quo vulneratus insuper/ mucrone dire lancee/ vt nos lauaret crimine/ manauit vnda sanguine.

¶ Construe. Ecce mysteriū crucis fulget per totū mūdum: quia per crucem habeamus altare. per corpus christi hostiam. per sanguinē vinum. ꝛ per sudorem aquam. ex quibus sacrificium facimus singulariter. quia ex immolatione crucis sibi fit altare. et ideo per crucem habeamus altare in quo sacrificamus. quo. idest in quo patibulo christus fuit vulneratus. insup. i. super vulneratione clauoꝝ. mucrone. i. acumine. dire lancee. i. crudelis cuspidis. et hoc vt xp̄s lauaret nos a crimīe. i. a peccatis. vnda. i. aqua manauit. idest effluxit sanguine. idest cum sanguine.

Impleta sunt que concinit/dauid fidelis carmine/dicendo nationibus/regnauit a ligno deus.

¶ Et eo tpe perpetrata sunt q̄ scriptura sunt de xp̄o per prophetas. Ubi ipse sumens acetū in cruce cum spōgia dixit. Cōsummatū est. ¶ Construe. Illa sunt impleta. i. cōpleta in xp̄o que dauid propheta. existens fidelis concinit. idest prophetauit. carmine. i. psalterio. dicēdo. i. prophetando nationibus. i. oībus gentibus. deus regnauit a ligno. s. crucis. Qz post passionē & mortem suam amarissimam. resurrexit regnaturus eternaliter.

Arbor decora et fulgida/ornata regis purpura/electa digno stipite/tam sacra membra tangere.

¶ Et quia pependit in cruce: possumus proferre vocē admiratiōis. ¶ Cōstrue. O q̄ decora et fulgida arbor. ornata. i. fulcita. purpura. i. sanguine regis. i. xp̄i arbor dico electa. tangere. i. portare tam sancta membra. scz christi digno stipite. idest sancta cruce.

Beata cuius brachiis/secli pependit filium/statera facta corporis/predamqz tulit tartaris.

¶ Construe. Uere beata fuit arbor vel crux. in cuius brachiīs. idest ramibus precium secli. i. mundi. pependit. arbor dico facta statera. i. trutina. corporis. scz xp̄i. qz pro &. et tulit. i. abstulit. predam. i. spolium. tartari. i. inferni. vel tartaris. i ex infernis. Quia xp̄s descendit ad inferna: liberans aīas sanctorū.

¶ Jam oratio dirigitur ad crucem hyperdulia.

O crux aue spes vnica hoc passionis tempore/auge piis iusticiam/reisqz dona veniam.

¶ Construe. Et quia statera es facta. O crux aue. idest salue. tu vnica spes nostra auge. i. multiplica pīis iusticiam. i. pietatē. hoc tpe passionis. et dona reis. idest peccatoribus. veniam. i. remissionem.

Te summa deus trinitas/collaudat om̄is spiritus/quos per crucis mysterium: saluas rege per secula.

¶ Construe. Et quia deus nos redemit suo sanguine. ideo O summa trinitas. idest deus omnipotēs. om̄is spūs collaudat te. & quos scz hoies. saluas per mysterium crucis. i. passionem. rege per secula. Amen.

Cultor dei memento te fontem et lauacri rorem subiisse sanctum te chrismate innouatum.

¶ Autor p̄ntis hymni. Prudentius. & solet cantari ab ecclesia in quadragesima. In quo hymno alloquitur quemlibet christicolam. vt sic memor beneficiorū dei cum cōsilio. vt cū iturus ad quietē nocturnā signet se sancta cruce. Cuius rationē subdit. & deinde exclamationē facit cōtra segniciē somniorum

atq; versutias dyaboli. apostrophando ad eundem. vt patet in processu.
¶ Cōstrue. O cultor dei. o christicola. memēto. i. recordare. te subiisse. idest intrasse sanctū rorem fontis et lauacri. i. mundatū esse spirituali latione in baptismo. et per hoc purgatum ab originali peccato. Et o cultor dei memento. te inuocatum. i. regeneratū chrismati. i. oleo sancto. ac per hoc protectum et armatum cōtra impugnationes dyaboli. Ecce duo magna beneficia collata homini christicole a deo. Primū q baptisatus sit cōtra pctm̄ originale. Secūdū q sit chrismate vnctus cōtra impugnatiōes dyaboli. Cui rei etiā aliud consiliū subiungit circa quietā nocturnā in versu sequenti.

Fac cum vocante somno castum petis cubile: frontem locumq; cordis crucis figura signet.

¶ Construe. O cultor dei. fac cum pro qn̄ petis. i. accidis. castum cubile. idest mundū et tutū locū nocturne quietis. somno vocante. i. sopore id exigente et incitante. q figura. i. signum sancte crucis signet frontem locumq; cordis idest pectus tuum propter mysteriū passionis dn̄ice. quod per signū representatur. et effectum operatur sequentem.

Crux pellit omne crimen fugiunt crucem tenebre: tali dicata signo mens fluctuare nescit.

¶ Construe. Crux. i. signum crucis vel passio dn̄i. pellit. i. remouet vel fugat omne crimen. i. pctm̄ seu malū. et tenebre. i. pericula tenebrarum siue miserie nocturne. fugiunt crucē. nox enī est amica predonibus. i. dyabolus nocturno tempore hoīem inuadentibus. et contra illos facit signum crucis. nō solū q̄tū ad corpus. sed etiā q̄tū ad aīam. q: mens. i. aīa. dicata. i. signata vel cōfirmata. tali signo. s. scte crucis. nescit fluctuare. idest dubitare de fide. et errore a conscientia intentionis virtuose ꝓpter pigritiā et portēta siue apparitiones vanas somnioꝝ (contra q̄ exclamat versus sequens) vel propter suggestiones dyaboli de quibus sunt versus alii deinde sequentes.

Procul o procul vagantum portenta somniorum: procul esto peruicaci prestigiator astu.

¶ Exclamat contra somnia et cōtra inuentorē siue presentatorē somniorum portenta. i. sina somnioꝝ vagātum. i. apparitionū vagarū in somnis. sint procul. idest longe vel remote. o procul. resumit causa maioris vehementie. et o tu p̄stigiator. i. deceptor et illusor sensuū humanoꝝ dyabole. peruicaci astu. idest perseuerēte violēta et importuna siue ꝓterua ac improba calliditate decipiendi. esto. i. sis procul. i. longe. ¶ Itē prestigiū est species magice artis qua ludificantur et decipiuntur oculi hoīm. vt scʒ appareat quod non est.

O tortuose serpēs qui mille per meandros: fraudesq; flexosas agitas quietas corda.

¶ Apostraphat ad eūdem prestigiatorem dyabolum obtestans vt recedat a nobis. Et legatur duo versus simul hoc modo. ¶ Construe. O tortuose

serpens. i. maliciose demō: qui agitas. i. turbas ꝛ commoues. quieta corda. idest pacificas mentes per mille meandros. idest per varios modos decipiendi. Meander pro flexositate anni ponitur. hic metaphorice stat pro obliquis in directis circuitionibus dyaboli ad decipiendum. ꝙ pro et flexosas fraudes ꝛ intricatas et deceptiões. Flexosum dicitur quod plures flexuras. idest curuaturas et inuolutiones habet. vt serpens cum se inuoluit. Hic autem metaphorice ponitur. qui enim defraudare intendit: recta via non precedit: sed oblique et flexuose.

Discede christus hic est: hic xp̄s est liquesce: signum quod ipse nosti: damnat tuam cateruam.

¶ Construe. O tortuose serpēs discede. idest fuge recede. quia christus est hic. idest adest nobis. ꝛ liquesce. i. euanesce (metaphora est. sicut eni͂ cera dicitur liquescere a calore solis) quia christus est hic ad defensionem nostram. (Resumitur illa clausula. christus est hic. ad exprimendum vehementiam indignationis contra dyabolum. ꝛ ad incutiendū illi maiorem terrorem) ūnmo signum scilicet crucis. quod tu ipse nosti. idest nouisti. damnat. idest destruit. tuam cateruam. idest societatem.

Corpus licet fatescens iaceat recliue paululum: christum tamen sub ipso meditabitur sopore.

¶ Respondet ad id quod dyabolus obiicere posset de torpore ꝛ imbecillitate corporis dormientis. ne sibi in illa re confidere debeat dyabolus credens super illam liberius inuadere posse hoīem quiescētem. ¶ Construe. Quia licet. i. quāuis corpus fatescens. i. fatigatū ex laboribus diurnis. iaceat paululum. i. modicum recliue. i. bassum pro requie capienda: tamen nichilominus meditabitur christum. i. cogitabit de xp̄o sub ipso sopore. i. tempore somni ꝛ dormitionis sue. Iuxta illud. Media nocte surgebam ad cōfitendū tibi. ¶ Etiam potest sic intelligi quamuis nunc fragiliter declinet homo a mandatis dei. statim tamen diuina gratia cooperante in cognitionem dei ꝛ emēdationem vite debet respicere et reuerti.

Gloria eterno patri: et christo vero regi: paraclytoqꝫ sancto: et nunc et imperpetuum. Amen.

¶ Dicitur laus trinitati. Expositio patet.

Pange lingua gloriosi prelium certaminis: et super crucis tropheum dic triumphum nobilem: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶ Iste hymnus continuatur superiori. Dixerat enim ꝙ dn̄s positus fuit in cruce, et latus eius perforatum: et sic deprecamur eum. ꝙ sicut mortuus est. idest sicut corpus assumptum ex virgine. in cruce dimisit. et ad inferna de-

scendit. et cum dyabolo pugnauit. et eu superauit: sic faciat nos vincere cuncta in nobis aduersantia. scz dyabolum et mundu cu concupiscentiis suis. et domesticum inimicu. scz carne nostra. de qua etia sic dr. Quato famosior tanto periculosior. ¶ Construe. O lingua pange. i. manifesta. prelium certaminis gloriosi. i. victoriam. quam victoriam christus obtinuit scdm carne quado vicit mortem sua morte. Unde (O mors ero mors tua. et c. et super tropheum. i. de victoria sancte crucis. dic triumphum nobilem. de inimicis fugatis. qualiter redemptor. idest liberator totius mundi. immolatus est in ara crucis. vicerit. scz dyabolum. ¶ Et nota q ante passionem christi duas manus. i. potestates. scz in corpore et in anima hominis habuit. quia quosdam in corpore et anima. et quosdam tantum in anima post mortem temporalem trahebat ad se. Sed modo post passionem iesu christi. vnam tatum habet de duabus potestatibus et amisit vnam.

De parentis prothoplasti fraude facta condolens: quando pomi noxialis morsu morte corruit: ipse lignu tunc notauit: damna ligni vt solueret.

¶ In hoc loco apostrophat se autor. Si aliquis forte diceret. quare fuit christus immolatus. Respondetur sic. Quia condoluit de deceptione primi parentis. scilicet Ade. ¶ Construe. Christus condolens fraude facta fraudulenti parentis nostri Ade. prothoplasti. idest primi formati. quando corruit. primus parens. morte. idest in mortem. et hoc morsu pomi. scilicet vetiti. noxialis. idest nociui. ipse christus tunc notauit. idest preordinando signauit. lignum sue crucis. vt solueret. idest recuperaret. damna ligni. scilicet que venerant per lignum. idest donum vetitum.

Hoc op⁹ nostre salutis ordo depoposcerat: multiformis proditoris ars vt artem falleret: et medelam ferret inde vnde hostis leserat.

¶ Bene dico q christus tunc notauit lignu vt solueret damna ligni. q: nullo alio modo poterimus recuperari. ideo. ¶ Construe. Ordo salutis nostre depoposcerat hoc opus (vt deus carnem sumeret et patibulum crucis subiret per lignum: vt damna ligni solueret) vt ars. idest deus qui est artifex omnium rerum. falleret. id est destrueret. arte multiformis proditoris. i. dyaboli. vt illa res ferret medelam. i. salute oim gentium. inde. i. ex illa re. scz a ligno. vnde. i. de quo ligno. hostis. scz antiquus. leserat. i. nouerat.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis: missus est ab arce patris natus orbis conditor: atq ventre virginali caro factus prodiit.

¶ Construe. Ergo. quando. i. postq plenitudo temporis. idest quando vltima etas. venit. idest quado deus sacrificauit filium. coditor orbis. i. christus

natus missus est ab arce patris. in mundum. atqꝫ factus caro. vel carnalis. prodijt. idest exiuit. de ventre virginali. ¶ Et nota ꝙ sicut flos sine macula pulcher ⁊ olens ac suauis nascitur. ita christus sine semine ⁊ sine crimine de vtero virginis marie prodijt.

Uagit infans inter arta positus presepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat: pedes manusqꝫ crura stricta cingit fascia.

¶ Cōstruc. Infans. i. xp̄s positus inter arta. i. angusta presepia. vagit. idest plangit (et est vagire propriū puerorum) virgo. s. maria mater sua. alligat membra sua inuoluta pānis ⁊ fascia. i. vittella. cingit pedes manus ⁊ crura.

Gloria et honor deo vsqꝫquo altissimo: vna patri filioqꝫ inclyto paraclyto: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen.

¶ Construc. Gloria et honor vsqꝫquo sit deo altissimo. vna. i. equaliter patri et filio. ⁊ inclyto paraclyto. i. glorioso spūisancto. i. tribus personis. cui. s. vni deo soli est laus ⁊ potestas. per eterna secula. Amen.

Lustra sex qui iam peracta tempus implēs corporis: se volēte natus ad hoc passioni deditus agnus in cruce lauatur immolandus stipite.

¶ Iste hymnus continuatur sic. xp̄s erat triginta annorum cum esset passioni deditus. Et est lustrū spacium quinqꝫ annorum. et dr̄ a lustrando. eo ꝙ romani lustrabant per spaciū quinqꝫ annorum in capite totā romā. et nos similiter per quinqꝫ etates debemus lustrare totā romā. i. ecclesiam vincentem inimicos. Et possunt legi ablatiui casus. (Lustris sex iā peractis) melius tñ in accusatiuis casibus. vt sic. ¶ Construc. Christus. qui est implens tēpus. i. etatem corporis. scꝫ humani. per sex lustra iam peracta. natus. se volente. i. sua spōte natus. ad hoc vt pateretur agnus. i. xp̄s deditus passioni. leuat in cruce a iudeis immolandus. i. sacrificandus. stipite. i. in ligno.

Hic aceto fel arundo sputa clauis lancea: mite corpus perforatus sanguis vnda profluit: terra ponthus astra mundus quo lauantur flumine.

¶ Construc. Hic. idest in cruce dederūt ei fel mixtū cū aceto. arūdo. i. calamus tradit ei in signū derisionis. p ceptro. ⁊ preter hec. sputa adhibita sūt ei. mite. i. suaue corpus. perforat cū clauis ⁊ lācea. ⁊ inde sanguis ⁊ vnda. profluit. i. exiuit de corpore eius. quo flumine. i. pro qua effusione sanguinis. terra. i. humiles ponthus. i. fluctuātes vitio. astra. i. iusti. et mundus. i. mūdanū lauātur. i. purgātur. Per aquā debemus intelligere baptismum. p sangui-

uem christus. Et dicūt quidā q̄ angeli boni purgati sunt de labe quā habue runt de illis q̄ ceciderūt. vt Lucifer et cōplices eius. Ideo dicit astra.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla sylua talem profert fronde flore germine: dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinet.

¶ Et quia redemit nos in cruce: omnes debemus clamare. O crux fidelis arbor inter omnes es vna. idest sola nobilis. quia nulla silua profert talē arborem. fronde. idest protectiōe. flore. idest decore germine. idest radice. Uel flore. idest christo (qui vocatus est flos a prophetis. quia sicut flos pcedit sine feditate vel aliqua putredine. ita christus ex vtero virginis processit sine aliquo peccato) Dulce lignum fuit illud quod sustinet dulces clauos christi. dulce pondus. idest christum.

Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tendas stipite.

¶ Construe. Et precium mundi pependit in te. Ideo O arbor alta. flecte. i. humilia ramos. idest brachia crucis. et laxa. idest relaxa viscera christi. tensa. idest extensa in te. et ille rigor. idest duricia lentescat. idest molescat. quem rigorē natiuitas. i. natura dedit tibi vt tendas stipite. idest in cruce. miti. idest humili. membra superni regis.

Sola digna tu fuisti ferre secli precium: atq3 portum preparare nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore.

¶ Construe. Tu sola fuisti digna. sc3 ferre precium secli. i. sustinere illū qui fuit appreciatus triginta argenteis. atq3 preparare portum. quasi nauta. mūdo naufrago periclitato. idest omnibus periclitantibus. quem mūdum sacer cruor. i. sanctus sanguis perunxit. i. mūdauit. ille dico fusus de corpore agni.

Gloria et honor deo vsq3quo altissimo. vt supra.

Chorus noue hierusalem: nouā melli dulcedinem: promat colens cū sobriis: paschali festū gaudiis.

¶ Metrum est iambicum. autor Ambrosius. Materia hymni est militari ad laudem festi paschalis: cum militauerimus contra dyabolū. Dicit ergo chorus. etc. ¶ Nota q̄ hierusalem primo vocabatur Jebus. secundo Jebusalem. tertio Salem. quarto Hierusalem. per ex quā significatur multiplex hominis status. Jebus enim interpretatur conculcamen. et hoc est quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur. Jebusalem interpretatur pax concul

rationis. et hoc est quando aliquis habitat et delectatur in predictis. Salem interpretatur pax. et hoc est quando aliquis est reuersus a vitiis. Hierusalē aūt interpretatur visio pacis. et hoc est quādo aliquis fruitur celesti gaudio. Unde hoc nomen hierusalem quattuor modis accipitur quo ad litteram. Hierusalem est illa ciuitas palestine. Analogice hierusalem interpretatur ecclesia triumphans. scilicet chorus celestis patrie. vt hic. ¶ Construe. Chorus noue hierusalem. idest noue anime. scilicet cuiuslibet hominis bene innouati et purgati a vitiis. promat nouem dulcedinem melli. i. dulce melos. ¶ Melum dr a mel: qr sicut mel fit ex diuersis generibus rerū. ita et melum est qđ fit ex diuersis notulis nouū. Unde dr. Cantate dño canticum nouum. Mel enim dr a miscendo. Unde phibetur in lege. q nemo in sacrificio poneret mel: sed semper sal. Mel enim fit ex diuersis generibus rerū. Homo enī non debet esse diuersus: sed vniformis in bono. Unde vinum et siceram non bibet. Et sumitur vinum hic in mala significatione. quia vinum in se est bonum: sed ab vtentibus vino nociuum est tam in corpore q̄ in anima. Sycera fit ex diuersis generibus rerum: que simul mixta vnum corrumpit aliud. Ut de seruisia. aut granam corrumpit aquam: aut aqua granum. Ille ergo bibit syceram qui facit aliquid quod videtur esse de genere bonorum: cum nō sit. Ergo sobrie iuste et pie viuamus in ho seculo. iuste quo ad proximum. pie quo ad deum. sobrie quo ad nosmetipsos.

Quo christus iunctus leo: dracone surgens obruto: dum voce viua personet: a morte sanctos excitat.

¶ Cōstrue. Quo scz festo paschali. christus inuictus leo (teste Physiologo) sicut leo rugitu suo resuscitat catulum post triduum. ita pater in diuinis suū filium. quare dictus est leo. surgens. idest resurgens. obruto dracone. dyabolo lapso. dum viua voce personet. vt genimina viperarum quis docuit vos fugere a ventura ira. Uel generaliter potest legi de angelis qui viua voce resuscitabunt mortuos ad iudicium. et sic excitat functos. idest defunctos a morte. idest a peccato mortali (secundum primam lecturam) vel a morte. scilicet quam omnis homo habebit.

Quam deuorarat improbus: predā refudit tartarus captiuata te libera: iesum sequuntur agmina.

¶ Construe. Ipse scz deus refudit. i. recto fudit predā. i. rapinam quā tartarus. i. infernus improbus. i. insatiabilis. deuorat. idest deglutinerat. captiuata agmina. i. aīe sctōꝝ detente libera. i. liberata sequūtur te. scz xpm.

Ipsum canendo supplices regem precemur milites: vt in suo clarissimo: nos ordinet palatio.

¶ Cōstrue. Nos supplices milites. idest humiles precemur ipsum regem. idest rogamus christum. vt ordinet nos. idest disponat nos. in suo clarissimo palatio. idest in celo inter sanctos. Unde euangelista. In domo patris mei multe mansiones sunt. &c.

Per secla mente nescia: patri supremo gloria honorque sit cum filio: et spiritui paraclyto. Amen.

¶ Construe. Gloria sit patri supremo. i. excelso per secla. i. p secula (per syncopam) gloria dico. nescia mente. i. incomprehensibilis mente humana. quia deus incomprehensibilis est. et honor sit ei. scz patri in diuinis cum filio. scilicet iesu xpo. & spiritui paraclyto. i. sancto. Amen.

Iesu saluator seculi: verbum patris altissimi: lux lucis inuisibilis: custos tuorum peruigil.

¶ Materia huius hymni est oratio ad iesum. vt corpora nostra laboribus diuinis fatigata nocturna quiete velit recreare: & ab hoste dyabolo nos defendere et liberare. ac ne ita caro dormiat q mens in soporē pnitiosum incidat. ¶ Primi duo versus legentur simul. Et ponit plura attributa iesu laudatiua & beneuolētie captiua. ¶ Construe. O iesu christe saluator. i. redemptor seculi. i. mundi. verbum. i. filius altissimi patris. scz dei (Et ista generatio difficulter capi potest. quia dicit Ysaias. Generationem eius quis enarrabit) lux inuisibilis lucis. scz productiua. hoc est claritatis glorie celestis (que videri non potest carnalibus oculis: sed diuinis et glorificatis tātum) Vel lux. idest filius incensibilis lucis. scz dei patris (qui similiter videri non potest ab oculis carnalibus. Iuxta illud. Non videbit me homo et viuet) peruigil custos. idest diligens obseruator et tutor. tuorum. scz fidelium.

Tu fabricator omnium: discretor atque temporum: fessa labore corpora: noctis quiete recrea.

¶ Cōstrue. Tu fabricator. i. creator oīm. s. rerum. atque discretor. i. distinctor et dispositor tempor. per motū celi (quē tu solus gubernas) tu recrea. i. refoue et refocilla. corpora. scz nostra. fessa. i. fatigata. labore. scilz diuino. quiete noctis. idest p dormitionem nocturnam. vt scz spūs depressi in nobis vigilantibus per labores: reparentur & restaurentur per somnum.

Te deprecamur supplices: vt nos ab hoste liberes: ne valeat seducere: tuo redempto sanguine.

¶ Construe. Ista est principalis deprecatio in hoc hymno. Nos supplices. idest deuoti. deprecamur. idest rogamus te (Et sic illa prepositio de auget aliquando. et quandoque diminuit. vt apud Ouidium. Sepe precor mortē: mortem quoque deprecor idem. idest minime precor. immo vt mors nō veniat precor) vt liberes nos ab hoste. idest dyabolo. ne. idest vt nō ipse valeat. i. possit aut sufficiat. seducere. i. defraudulare & illaqāre redēptos. s. nos. tuo sāguine. effuso p nobis tpe passiōis tue. Etiā in fine q sequit ordinat dicta pdicatio.

Vt dum graui in corpore: breui manemus tempore: sic caro nostra dormiat: vt mens soporem nesciat.

¶ Construe. Et dū. idest ꝙ diu donec manemus. i. perseueremus breui tē-
pore quo hic viuimus. Tēpus enī vite nostre breue dr̄ cōparatiue ad vitam
celestem: quia mille anni non sunt momentum respectu vite celestis. vt dicit
psalmista. Quoniā mille anni ante oculos tuos tanꝙ dies hesterna que pre
terijt. et vix pōt homo hodie centum attingere: qꝛ in potentatibus. i. in bene
cōplexionatis octoginta anni sunt ⁊ amplius eorum vita est labor et dolor. in
graui corpore. qđ mole carnis subiectū multis passionibus et miserijs gra-
uatū redditur ⁊ impotēs ad resistendū hosti dyabolo ⁊ torpidū ad seruiendū
deo. Et hoc tangit Arist. primo methaphisice. dicēs ꝙ humana natura mul
tipliciter est ancilla. vel corpore graui grauato mole criminum. Et ergo ne
succumbamus qualitercunqꝫ vel in miserijs vel in criminibus caro nostra.
idest sensualitas. dormiat. idest quiescat viuat et gerat se. sic vt ꝙ mens. i. ra
tio nr̄a siue spūs. nesciat soporē. i. pigritiā inordinatā somni ex qua redditur
ipsa imbecillis ad operandū bona ⁊ leuandum se a sordibus peccatoꝝ. quin
immo peruigil custos iesus xp̄s sic carnē nostrā dormire pmittat. vt aīa nichi-
lominus agilis et vigilans permaneat ad sibi seruiendum. et hosti maligno
fortiter perfugam peccatorum resistendum.

Aurora lucis rutilat: celū laudibus intonat: mun-
dus exultans iubilat: gemens infernus vlulat.

¶ Materia presentis hymni est laudare oīpotentem deum ⁊ extirpare vitia
et adherere bonis operibus ⁊ virtutibus. Et nota ꝙ sancta ecclesia ideo au-
rora dr̄. qꝛ sicut aurora expellit tenebras. ita ecclesia scā extirpat singula vi-
tia et pctā. ¶ Construe. Aurora lucis rutilat. idest splendet. scꝫ quādo auro
ra pullulat ⁊ incipit diescere. celum. i. celestis creatura intonat. idest resonat
laudibus. mūdus exultans. idest gaudens. iubilat. i. letatur seu glorificatur:
quia homines credentes in deum cantabant laudes deo. infernus gemens
idest dyabolus lugens. vlulat. idest plangit ⁊ lamētatur: qꝛ dolet de amissio-
ne eorum quos tenebat mortuos. scꝫ Adam Abrahā Jsaac. et alios sanctos
quos deus traxit ad requiem eternam.

Cum rex ille fortissimus: mortis confractis viribus: pe-
des conculcans tartara: soluit a penas miseros.

¶ Construe. Dico ꝙ celum tūc intonat laudibus. Cum. idest qn̄ rex ille for-
tissimus. scꝫ dn̄s Jesus xp̄s. supple fuit conculcans pede. i. pietate sua. tar-
tara. idest inferna. soluit. i. liberauit. miseros. scꝫ homines. a pena. s. dyaboli
confractis viribus mortis. idest inferni seu dyaboli.

Jlle qui clausus lapide: custoditur sub milite: triumphās
pompa nobili: victor surgit de funere.

¶ Construe. Vere ille rex. confractis viribus mortis. idest dyaboli. soluit a
pena. miseros hoīes. qꝛ ille q̄ clausus est lapide. i. monumēto. custoditur. i.
vigilat. sub milite. i. sub militibus (per figuram synecdochen) triumphans

idest vincens. pompa nobili. idest victoria (quia tunc animas extraxit ab inferis) et surgit. idest erigit. de funere. i. de morte.

Solutis iam gemitibus: et inferni doloribus: quia surrexit dominus: resplendens clamat angelus.

¶ Construe. Xps erat victor solutis. idest fractis iã gemitibus. et inferni doloribus. i. angustiis. angelus resplendens. i. valde nitens. clamat. i. dicit supple mulieribus (ite dicite discipulis &c.) quia surrexit dñs. a morte.

Tristes erant apostoli: de nece sui dñi: quem pena mortis crudeli: serui damnarent impii.

¶ Construe. Ita dixerunt angeli mulieribus. Et apostoli erãt tristes de necei dest de morte dñi sui. quẽ scz dñm. impii serui. scz iudei damnarant. i. dãnauerunt. crudeli pena mortis scz crucis.

Sermone blando angelus: predixit mulieribus: in galilea dominus: videndus est quantotius.

¶ Construe. Quia tristes erant de nece domini. Angelus predixit mulieribus blando. idest suaui sermone. dominus videndus est (a vobis) in galilea quantotius. idest subito.

Ille dum pergunt concite: apostolis hoc dicere: videntes eum viuere: osculantur pedes domini.

¶ Construe. Ille scilicet mulieres. dum pro quando pergunt concite. idest sollicite. dicere. idest manifestare hoc. scz apostolis. videntes. idest respicientes eum. scilicet christum viuere. idest vitam habere. et osculantur pedes domini. idest locum vbi posuerunt eum.

Quo agnito discipuli: in galileam propere: pergunt videre faciem desideratam domini.

¶ Construe. Quo agnito. idest quo cognito vel audito: scz q surrexit dñs discipuli. i. apostoli. pergunt. i. viam peragunt. propere. i. festinãter in galileã. videre faciem dñi desideratam. i. concupitam ab eis.

Claro paschali gaudio: sol mundo nitet radio: cum christum iam apostoli: visu cernunt corporeo.

¶ Construe. Sol nitet. i. splendet. radio suo mundo in paschali gaudio claro. cum. i. qñ apostoli cernunt iam xpm visu corporeo.

Ostensa sibi vulnera: in christi carne fulgida: resurrexisse dominum: voce fatentur publica.

¶ Dicimus q quãuis tunc apparuit discipulis. tamen quidam eorũ scilicet thomas nõ credidit. Unde dominus ostẽdit ei vulnera et ait. Noli esse incredulus sed fidelis. ¶ Nota q quattuor de causis cycatrices vulnerũ osten-

dit dñs. s. vt esset signũ victorie. vt deinceps de resurrectione nõ dubitarant et q crediderũt illũ fantasticũ corpus accepisse. vt esset ad patrẽ intercessio.

¶ Construe. Ostensa sibi vulnera. i. ostensis vulneribus sibi. i. ap̃l'is in fulgida xp̃i carne. illi ap̃li fatẽtur. i. predicãtur. voce publica dñm resurrexisse.

Rex christe clemẽtissime: corda nostra posside: vt tibi laudes debitas: reddamus omni tempore.

¶ Construe. O xp̃e rex clementissime. tu posside. idest. guberna nostra corda. idest mentes simul cum corporibus. vt reddamus. idest persoluamus ad honorem tuum omni tempore. laudes tibi debitas.

SErmone blando angelus predixit mulieribus in galilea dominus: videndus est q̃ totius.

¶ Construe. Angelus domini predixit mulieribus. sc3 tremulis blando sermone. i. benigno alloquio. hoc quia xp̃s dñs, crucifixus est videndus corporaliter: q̃ totius. idest subito. in galilea.

Ille dum pergunt concite apostolis hoc dicere: videntes eum viuere: osculantur pedes domini.

¶ Construe. Dum pro qñ. ille mulieres pergũt concite. idest sollicite dicere hoc apostolis. mulieres vidẽtes. idest inspicientes eum. s. dominum viuere idest q viueret osculantur pedes domini. s. xp̃i.

Quo agnito discipuli: in galileam propere: pergunt videre faciem desideratam domini.

¶ Construe. Quo. s. facto. agnito. i. cognito discipuli. s. xp̃i. pergunt. i. vadunt propere. idest festinanter. in galileam. ad illud villagium videre faciẽ domini desideratam. i. optatem.

Claro paschali gaudio: sol mundo nitet radio: cum christum iam apostoli: visu cernunt corporeo.

¶ Construe. Sol nitet. idest splendet mundo claro radio. paschali gaudio. idest in paschali gaudio. cum p qñ apostoli. i. xp̃i cernũt. i. vident christum. sc3 crucifixum. corporeo visu. i. corporali visu.

Ostẽsa sibi vulnera: in christi carne fulgida: resurrexisse dominum/ voce fatentur publica.

¶ Construe. Ostensa vulnera. i. vulneribus ostensis. sibi. i. apostolis. fulgida carne. idest gloriosa carne xp̃i. & sc3 apostoli fatẽtur. i. confirmãt. publica. idest alta voce. dñm resurrexisse. i. q dñs resurrexit a mortuis.

Rex christe clementissime: tu corda nostra posside: vt tibi laudes debitas reddamus omni tempore.

¶ Construe. O xpe rex clementissime. idest mitissime. posside. i. guberna nostra corda. idest nostras cogitationes. vt nos reddamus. i. persoluamus tibi. scilicet xpo debitas laudes.

Quesumus autor omnium. &c. Gloria tibi domine. &c.

Ad cenam agni prouidi/ et stolis albis cādidi post transitum maris rubri/ xpo canamus principi.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad cenā agni paschalis. i. christi. q tollit peccata mundi. similiter ad cōmunitionē corporis et sanguinis eius. de quo supra. Qui manducat aut bibit indigne reus erit. &c. qui vero digne viuet ineternum. Nos vero prouidi ad cenā agni. i. ad accipiendum corpus et sanguinē xpi. vel ad vltimū preceptū xpi. q: sicut post cenā nullū restat prandium. ita post nouū testamentū nullū restat preceptū. ¶ Construe. Ad cenā agni prouidi. s. paschalis. et candidi albis stolis. i. virtutibus. canamus principi. s. xpo. i. laudemus eum de resurrectione. post trāsitū maris. i. baptismū vel post gloriam resurrectionis.

Cuius corpus sanctissimū/ in ara crucis torridum/ cruore eius roseo/ gustando viuimus deo.

¶ Construe. Sanctissimū corpus. s. xpi. torridū. i. crematū. q: passum in ara crucis. gustando. i. suscipiendo cum roseo cruore viuimus deo. &c.

Protecti pascha vespere/ a deuastāte angelo/ erepti de durissimo/ pharaonis imperio.

¶ Construe. Dico q viuimus deo. protecti. i. defensi vel seruati. vespere pasche. i. vltima etate. ab angelo deuastāte. i. percutienti primo genita egypti. erepti. i. liberati. de durissimo imperio pharonis. i. dyabolo.

Jam pascha nostrum christus est: qui immolatus agnus est sinceriatis azima/ caro eius oblata est.

¶ Construe. Christus est iā nostrum pascha. idest transitus a vitiis ad virtutes. q: xps est agnus. i. patiens immolatus pro oībus nobis: vel sic: quia xps immolatus pro nobis est agnus sinceritatis. i. puritatis. caro eius oblata. i. sacrificia est azima. idest sine fermento vel sine amaritudine. Azima dicitur ab a quod est sine. et zima quod est fermentū vel amarum. Jnde azima. quasi sine amaritudine.

O vere digna hostia/ per quam fracta sunt tartara: redēpta plebs captiuata/ reddit ad vite premia.

¶ Construe. O vere digna hostia. i. sacra per quam hostia tartara sunt fracta. et per quam plebs captiuata. i. aīe sanctorum sunt redempte. et p quam premia vite eterne. sunt redita in vita eterna.

Cum surgit christus tumulo / victor redit de baratro / tyrannum trudens vinculo / & reserans paradisum.

¶ Construe. Cum.i. qñ xps surrexit tumulo.i. de sepulchro victor reddit de baratro.i. de foueo inferni. trudens.i. claudens. tyrannũ.i. dyabolum. cũ vinculo.i. cum potestate sua. & reserãs paradisuz. fidelibus tuis. q: tua niã hoc fecisti. &c. Ihesus. Quesumus autor oim. &c.

E Terne rex altissime / redemptor et fidelium / quo mors soluta deperit datur triumphus gratie.

¶ Construe. O eterne rex altissime. & redemptor fidelium. quo.i. per quem mors soluta deperit. idest destructa extitit (perit inquam mors eterna.i. descensus ad inferna: q: sancti illuc modo nõ descẽdũt. vt ante xpi passionem) triumphus. idest victoria gratie. datur iam glorificatis in anima & corpore. & glorificandis in resurrectione.

Scandens tribunal dextere / patris potestas omniũ collata est iesu celitus / que non erat humanitus.

¶ Construe. Tu es scandens.i. ascendens tribunal.i. sedem dextere patris idest equalitatem patris. potestas oim rerum est collata.i. attributa. s. xpo. & hoc celitus.i. diuinitus. Possumus dicere q solus est ad dexteram patris. ceteri ordinis sanctorum ad sinistrã. respectu claritatis filij.q potestas nõ erat enim collata humanitus.i. q diu vel qñ erat in mundo.

Ut trina rerum machina / celestium terrestrium / et infernorum condita / flectant iesu iam subdita.

¶ Construe. Ut trina rerũ machina. s. celestiũ terrestriũ & infernorum cõdita ad te. flectant genu iã subdita.i. flectentes genua celestes terreni & infernales. sunt subdita.i. humiliata tibi.i. ad honorem tui.

Tremunt videntes angeli / versa vice mortalium: culpat caro purgat caro: regnat deus dei caro.

¶ Construe. Angeli videntes (humanã formã) tremũt.i. mirãtur. s. q: videbant humanã naturã.i. per xpm (ad dexterã patris collatã & exaltatã) et hoc vice versa mortaliũ (q: tenebãt et mirabãtur. Nota q ante natiuitatem xpi angeli ab hoibus se adorari patiebãtur. sed nõ postea. sicut legimus de sctõ iohẽ. qui cũ vellet angelũ adorare. inquit angelus ad iohẽm. Noli me adorare seruus tuus enĩ sum & fratrũ tuorum) caro. s. Ade culpat. scz nos.i. p adam in culpam cadimus. caro christi purgat nos.i. per xpm de vitijs purgati surgimus. caro dei.i. deus regnat. q: xps deus & homo est.

Tu esto nostrũ gaudium: manens olympho preditũ mũdi qui regis fabricam: mundana vincens gaudia.

¶ Construe. O xp̄e tu esto nostrum gaudium manēs preditum. i. nobis paratum honoratum vel sublimatum. olimpho. i. in celo. tu qui regis. i. gubernas fabricam mundi. vincens mundana gaudia.

Hinc te precantes quesumus ignosce culpis omnibus et corda sursum subleua ad te superna gratia.

¶ Quasi dicat. despexisti gaudia mundi. Et hinc nos precātes quesumus. idest deprecamur te ignosce culpis oībus. i. dimitte nobis pctā nr̄a. ⁊ subleua. i. sursum leua. ad te. superna gratia. i. pro summa mīa.

Ut cum rubente ceperis clarere nube iudicis penas repellas debitas: reddas coronas perditas.

¶ Construe. Nos quesumus te. vt cum. i. qñ nubes iudicis. xp̄i ceperit clarere repente. (Uel f̄m aliā litterā). Ut cū. i. qñ ceperis clarere. i. fulgere. nube iudicis. i. xp̄i. rubente. idest clarescēte deo ipso audiente a nobis repellas penas debitas. per Adam. ⁊ reddas. i. tribuas (per gr̄am coronas perditas per culpā ⁊ inuentā et collatā f̄m meritū p̄ gr̄am. q: non necessitate cogente sed voluntate. i. gratis. a morte liberauit et saluauit.

Gloria tibi domine / qui scādis super sydera: cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe. O dn̄e iesu xp̄e qui scādis sup̄. oēs celos. gloria. i. laus ⁊ honor sit tibi cū patre et sctō spū. in sempiterna secula. Amen. i. sine defectu.

Iesu nostra redemptio: amor ⁊ desiderium de⁹ creator omnium / homo in fine temporum.

¶ O iesu amor et desideriū nostrū. i. amor desiderabilis. deus creator oīm q̄ es in fine tēpoꝝ. factus homo. vnde deus ⁊ homo. ⁊ hoc tn̄ vltima etate.

Que te vicit clemētia / vt ferres nostra crimina crudelem mortem patiens / vt nos a morte tolleres.

¶ Construe. Que. i. quāta clementia. i. pietas vicit. i. compulit te. vt ferres. idest portares vel deleres nr̄a crimīa. s. pctā tanq̄ patiēs crudelē mortē crucis ꝓ pctīs nr̄is. ⁊ quare. vt tolleres. i. liberares nos a morte. i. dyabolo.

Inferni claustra penetrans: tuos captiuos redimens victor triumpho nobili: ad dexteram patris residens.

¶ Construe. Tu penetrans. idest frangēs claustra inferni. redimēs sanguine tuo captiuos (qui tenebantur iuste in inferno) residens ad dexterā patris manens victor triumpho nobili. i. mirabili victoria.

Ipsa te cogat pietas: vt mala nostra superes: parcendo ⁊ voti compotes: nos tuo vultu saties.

¶ Construe. Ipsa pietas (que cogit te vt subires mortẽ crucis) cogat. i. vincat te. vt superes nostra mala. i. dimittas nobis debita nr̃a. vt saties nos cõpotes nostri voti. i. desiderij. tuo vultu. i. tua presentia.

Tu esto nostrum gaudiũ qui es futurus premium sit nostra in te gloria per cuncta pie secula. Amen.

¶ Construe. Et tu qui es futurus nostrum premium. esto nostrum gaudiũ. idest in presenti et in futuro. et nostra gloria. idest laus sit in te semper. idest in omni tempore. et per cuncta secula. Amen.

Tu christe nostrum gaudium manens olympho preditum mundi regis qui fabricam mundana vincens gaudia.

¶ Construe. O tu xp̃e existens nostrum gaudiũ. tu manens preditũ. i. ornatum olymphe. i. in celo. tu qui regis. idest gubernas fabricam mundi. tu vincens. i. exuperans mundana. i. huius mundi vana.

Hinc te precantes quesumus: ignosce culpis omnibus: et corda sursum subleua: ad te superna gratia.

¶ Construe. Hinc nos precantes. scʒ rogantes quesumus. i. petimus te. s. xpm. ignosce: indulgentiam tribue. omnibus culpis. i. peccatis. et subleua sursum. nostra corda. idest nostras cogitationes ⁊ desideria. ad te. s. xp̃m. superna gratia. i. summa misericordia.

Ut cum rubente ceperis: clarere nube iudicis: penas repellas debitas: reddas coronas debitas.

¶ Construe. Nos quesumus te. cum pro quando. tu xp̃e ceperis. i. inceperis. clarere. idest fulgere. ⁊ hoc rubente nube iudicis. i. xp̃o clarescente. tunc repellas. scʒ a nobis penas debitas. s. per Adam nostra peccata. et tu reddas coronas debitas. scʒ per gratiam.

Tu esto nostrum ⁊c. Gloria tibi dñe ⁊c.

Iam xp̃s astra ascẽderat: regressus vnde venerat: promissa patris munera: sanctum daturus spm̃.

¶ Materia huius hymni est eadem que in premisso. quia spiritus. idest cõsolator vel aduocatus dicitur: quia consolatur nos cum sumus in peccatis. trahendo nos ad celestem patriam. ipse spiritus sanctus cum splendore feruẽti apparuit discipulis suis. quia sermo igneus futurus erat. ideo in ignea lingua eis apparuit quia fecit eos ardẽtes in dilectione dei et proximi. ⁊ perito sermone affluẽtes. ¶ Construe. Et hoc est ꝙ christus ascẽderat iã secũdum humanitatem astra. idest celos. et christus regressus. i. reuersus. vnde

venerat. daturus apostolis munera promissa patris spiritum sanctum.

Solennis vrgebat dies: quo mystico septemplici: orbis volutus septies: signat beata tempora.

Construe. Solennis dies vrgebat septis septem. idest quadragintationē vno addito. et sunt quinquaginta. Per septem intelligimus temporalia per que septem totum tempus vite nostre voluitur: in quo debemus liberari a peccatis. vt perueniamus ad illam beatitudinem que intelligitur per vnum et quadraginta dies. in quibus ieiunare debemus. vt puenire possimus ad diem sabbati. idest ad requiem. quo die mystico. idest figurato septemplici. idest per figuram septemplicem orbis. idest septimana. volutus septies. idest per quadraginta et nouem dies. signat beata tempora. scilicet futura. idest eternam requiem.

Dum hora cunctis tertia: repente mundus intonat: orantibus apostolis: deum venisse nunciat.

Construe. Et quia christus ascenderat. dum hora tertia videbatur esse cūctis. idest omnibus apostolis. mundus intonat. repente. idest subito. et ille sonus vel mūdus nunciat deum venisse. orantibus apostolis. i. simul in vnum locum congregatis. et orantibus et expectantibus promissionem dn̄i sui. scilicet christi: cum ipse de illa promissione eius ante ascensionem locutus fuisset dicens. Vado et venio ad vos: et mittam vobis paraclytum. idest consolatorem. qui docebit vos omnem veritatem. Et ita facti profectiores in omni scientia erant. quia diuersa genera linguarum loquebantur et predicabant magnalia dei.

De patris ergo lumine decorus ignis almus est: qui fida christi pectora calore verbi compleat.

Construe. Et q̄quidem pater misit sp̄m. Ergo ignis. i. sp̄us decorus. i. pulcher. est almus de lumine patris: qui sp̄us compleat. idest vt haberēt scientiam loquēdi pectora apostolorum vel hoim. fida. i. fidelia xp̄i. et hoc cum calore. i. ardore sp̄ussancti. verbi. i. filii.

Impleta gaudent viscera afflato sancto spiritu: voces diuersas intonat: fantur dei magnalia.

Cōstrue. Viscera apostolorum impleta. idest satiata gaudent. q: fecit eos loquentes. et etiam ardentes in amore. et afflato. i. aspirato. sp̄usancto intonante: diuersas voces. i. generationes oīm linguarum. et fantur. i. predicant magnalia dei. i. mirabilia dei omnipotentis.

Ex omni gente cogniti: grecis latinis barbaris cunctisq; admirantibus linguis loquuntur omnibus.

Construe. Ex omni gente. i. ex omnibus gentibus. cogniti sunt apostoli. sc3 a grecis. latinis. barbaris. cunctisq; admirantibus apostolis. loquuntur

linguis omnibus. Que sunt quinquaginta. vel paulo plures.

Iudea tunc incredula: vesana toruo spiritu: ructare mu= sti crapulam: alumnos christi concrepat.

¶ Ita loquebantur vt omnes admirabantur sic loquentes. et credunt in eis deum esse. ¶ Construe. Sed iudea incredula. idest plebs iudeorum. idest infidelis et perfida. et illa vesana. idest insana. toruo spiritu. idest superbo. concrepat alumnos. idest discipulos christi. ructare. crapulã musti. idest cõ= terminat loqui.

Sed signis et virtutibus: occurrit & docet petrus: falsos probauit perfidos iohelis testimonio.

¶ Estimabant iudei q pro nimio potu musti. idest per ebrietatem apostoli taliter loquebantur. ¶ Construe. Sed petrus occurrit signis. idest miracu= lis et virtutibus docet. idest probat perfidos iudeos. probauit loqui falsa te= stimonio. Johelis. prophete. ¶ Probabat enim. Johel sic. Effundam de spũ meo super omnem carnem. et prophetabunt filij vestri et filie vestre.

Sit laus cum patri filio sancto simul paraclyto nobisqz mittat filius: charisma sancti spiritus. Amen.

¶ Cõstrue. Laus sit filio simul et sancto paraclyto. i. spiritui sancto. & mittas nobis omnibus fidelibus charisma. i. donum sancti spiritus.

¶ In die sancto penthecostes.

Veni creator spiritus mentes tuorum visita: im ple superna gratia que tu creasti pectora.

¶ Materia huius hymni est inuocatio spũs sancti. quem pater & filius pro= miserat quando dixit. Joheli. Effundam de spiritu meo super oẽm carnem. Filius promisit quando dixit. Si assumptus fuero in celum: mittam vobis paraclytum. Et apostolis orantibus in hora tertia mundus intonuit et subi= to venit spiritus sanctus. Et apostoli inflammati et repleti spiritu sancto. di= uersis loquebantur linguis magnalia dei. ¶ Intentio autoris est rogare de= um: vt purget pectora nostra superno splendore. & illuminet gratia spiritus= sancti. et expellat a nobis visibiles & inuisibiles hostes. vt habeamus vitam manentem cum ipso. ¶ Construe. O creator. et o sancte spiritus dei. veni et visita mentes tuorum fideliũ. et veniendo imple pectora. superna gratia que tu creasti. idest fecisti.

Qui paraclytus diceris: donum dei altissimi fons viuus ignis charitas: et spiritalis vnctio.

¶ Construe. Qui paraclitus. idest consolator. diceris donum dei altissimi. et diceris fons viuus. de quo non communicat alienus. Vel fons aque saliētis in terram. et diceris ignis. quia corda hominum ad dilectionem dei ꝛ proximi accendis. et vitia. idest peccata. consumis. ꝛ diceris charitas. quia facis diligere deū ꝛ proximum. ꝛ diceris spiritalis vnctio: quia de spiritali vnctione. idest de spiritusancto vngis corda hominum. vt humilientur in susceptione sacri baptismatis.

Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promisso patris: sermone ditans guttura.

¶ Construe. Tu septiformis munere. i. per septem dona gratiarum. (Sunt enim septem dona spiritussancti. scʒ Spiritus sapientie ꝛ intellectus. Spiritus consilij et fortitudo. Spiritus scientie ꝛ pietatis ꝛ amoris) tu es digitus. idest potentia. dextre dei (quia sicut modi digitorum sunt varij. ita varia sunt dona spiritussancti) et tu es ditans. idest faciens diuites. guttura. i. pectora rite. iuste. sermone. idest amore solito. promisso patris. ꝛc. Vel sic. tu es promissum patris ditans guttura sermone.

Accende lumen sensibus: infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis: virtute firmans perpetim.

¶ Construe. Et tu qui operaris omnia. Accende lumen sensibus. scʒ mentibus nostris. et infunde cordibus nostris amorem. idest dilectionem dei. tu firmans. idest corroborās. infirma. i. debilia. nostri corporis. perpetim. idest perenniter. vel perpeti virtute. i. mirabiliter cum virtute perpetua. et semper nos firmans. idest protegens.

Hostem repellas longius: pacemqꝫ dones protinus: ductore sic te preuio: vitemus omne noxium.

¶ Cōstrue. Repellas. i. remoueas a nobis longius. idest procul. hostem. i. nostrum. qꝫ pro et dones pacem protinus. i. cito. vt sic vitemus omne noxiū. idest peccatum. te preuio ductore.

Per te sciamus da patrem noscamus atqꝫ filium: te vtriusqꝫ spiritum: credamus omni tempore. Amen.

¶ Construe. O sancte spiritus. da vt per te sciamus patrem: atqꝫ vt noscamus filium. et credamus te spiritum. scʒ sanctum. vtriusqꝫ. scʒ patris ꝛ filij. idest procedentem. omni tempore. Amen.

Adesto sancta trinitas: par splendor vna deitas qͥ extas rerum omnium: sine fine principium.

¶ Construe. O sancta trinitas adesto. idest prope sis. tu es per splendor: et vna deitas. qui deus existis. i. permanēs. principium oīm rerum. i. creaturarum sine fine. Quia non est finis neqꝫ principium in deitate.

Te celorū militia: laudat adorat predicat: triplexqꝫ mundi machina benedicit per secula.

¶ Construe. Militia celorum. i. angeli siue spiritus celestes laudat te. sup. deum in trinitate. adorat. scꝫ te predicat. s. te. qꝫ pro et. triplex machina mundi. scꝫ celestis terrestris et infernalis. benedicit. idest benedicendo laudat. supple te per secula. idest eternaliter.

Assumus ⁊ nos cernui: te adorantes famuli: vota precesqꝫ supplicum: hymnis iunge celestium.

¶ Construe. Et nos cernui. idest deuoti famuli. i. seruitores. assumus. i. presentes sumus. nos adorantes. i. precantes te. scꝫ deum et iunge vota. i. desideria. qꝫ pro ⁊. ⁊ preces. i. orationes. supplicum. i. deuotorum hoīm hymnis. idest laudabilis. celestium. s. spiritum.

Unum te lumen credimus: quod et ter idem colimus alpha ⁊ o quem dicimus: te laudet oēs spiritus.

¶ Construe. Nos credimus. i. scimus te. s. deum. vnum lumē. qđ lumē ⁊ colimus. i. honoramus idē. s. lumē. ter. i. tripliciter. s. in patre ⁊ filio et spūsctō et vnū deū in trinus. quē deū dicimus. i. noīamus alpha. i. principium. ⁊ o. i. finem. oīs spūs. i. oīs homo. laudet te. s. deum honorando.

Laus patri sit ingenito: laus ei vnigenito: laus sit cū sancto spiritu: trino deo ⁊ simplici.

¶ Cōstrue. Laus sit deo ingenito. idest nō generato. s. patri. ⁊ laus sit ei deo vnigenito. i. filio. laus sit cum sancto spiritu. trino deo. scꝫ in personis. ⁊ simplici. scꝫ deo in vnitate substantie.

O Pater sancte mitis atqꝫ pie: o iesu christe fili venerande paraclytusqꝫ spiritus venerande alme deus eterne.

¶ Construe. O sancte pater facis sanctos credentes in te. Tu mitis. idest benignus per effectum. quia facis nos mites ⁊ pios atqꝫ pro ⁊. quia o pie iesu christe. tu fili. scꝫ patris venerande. i. honorande (quia de iure debemus te venerari et laudare. qꝫ pro et. et paraclytus spiritus. o venerande deus. o alme deus. et o eterne deus.

Trinitas sancta vnitasqꝫ firma deitas vera bonitas immensa: angelorum salus orphanorum spesqꝫ cunctorū.

¶ Construe. O trinitas. idest o deus in trinis personis. qꝫ pro ⁊. o vnitas firma. scꝫ in essentiis. ⁊ o deitas vera. qr tuos semper veraces facis: quia veritas. et o immensa bonitas. idest incomprehensibilis. tu lux. i. splendor ange

¶ Construe. Qui paraclitus. idest consolator. diceris donum dei altissimi. et diceris fons viuus. de quo non communicat alienus. vel fons aque saliens in terram. et diceris ignis. quia corda hominum ad dilectionem dei & proximi accendis. et vitia. idest peccata. consumis. & diceris charitas. quia facis diligere deū & proximum. & diceris spiritalis vnctio: quia de spiritali vnctione. idest de spiritusancto vngis corda hominum. vt humilientur in susceptione sacri baptismatis.

Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promisso patris: sermone ditans guttura.

¶ Construe. Tu septiformis munere. i. per septem dona gratiarum. (Sunt enim septem dona spiritussancti. scz Spiritus sapientie & intellectus. Spiritus consilii et fortitudo. Spiritus scientie & pietatis & amoris) tu es digitus. idest potentia. dextre dei (quia sicut modi digitorum sunt varii. ita varia sunt dona spiritussancti) et tu es ditans. idest faciens diuites. guttura. i. pectora rite. iuste. sermone. idest amore solito. promisso patris. &c. Uel sic. tu es promissum patris ditans guttura sermone.

Accende lumen sensibus: infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis: virtute firmans perpetim.

¶ Construe. Et tu qui operaris omnia. Accende lumen sensibus. scz mentibus nostris. et infunde cordibus nostris amorem. idest dilectionem dei. tu firmans. idest corroborās. infirma. i. debilia. nostri corporis. perpetim. idest perenniter. vel perpeti virtute. i. mirabiliter cum virtute perpetua. et semper nos firmans. idest protegens.

Hostem repellas longius: pacemqꝫ dones protinus: ductore sic te preuio: vitemus omne noxium.

¶ Cōstrue. Repellas. i. remoueas a nobis longius. idest procul. hostem. s. nostrum. qꝫ pro et dones pacem protinus. i. cito. vt sic vitemus omne noxiū. idest peccatum. te preuio ductore.

Per te sciamus da patrem noscamus atqꝫ filium: te vtriusqꝫ spiritum: credamus omni tempore. Amen.

¶ Construe. O sancte spiritus. da vt per te sciamus patrem: atqꝫ vt noscamus filium. et credamus te spiritum. scz sanctum. vtriusqꝫ. scz patris & filii. idest procedentem. omni tempore. Amen.

Adesto sancta trinitas: par splendor vna deitas q̄ extas rerum omnium: sine fine principium.

¶ Construe. O sancta trinitas adesto. idest prope sis. tu es per splendor et vna deitas. qui deus existis. i. permanēs. principium oīm rerum. i. creaturarum sine fine. Quia non est finis neqꝫ principium in deitate.

Te celorũ militia: laudat adorat predicat: triplexq3 mundi machina benedicit per secula.

¶ Construe. Militia celorum. i. angeli siue spiritus celestes laudat te. sup. deum in trinitate. adorat. sc3 te predicat. s. te. q3 pro et. triplex machina mundi. sc3 celestis terrestris et infernalis. benedicit. idest benedicendo laudat. supple te per secula. idest eternaliter.

Assumus ⁊ nos cernui: te adorantes famuli: vota precesq3 supplicum: hymnis iunge celestium.

¶ Construe. Et nos cernui. idest deuoti famuli. i. seruitores. assumus. i. presentes sumus. nos adorantes. i. precantes te. sc3 deum et iunge vota. i. desideria. q3 pro ⁊. ⁊ preces. i. orationes. supplicum. i. deuotorum hoim hymnis. idest laudabilis. celestium. s. spirituum.

Unum te lumen credimus: quod et ter idem colimus alpha ⁊ o quem dicimus: te laudet oẽs spiritus.

¶ Construe. Nos credimus. i. scimus te. s. deum. vnum lumẽ. qđ lumẽ ⁊ colimus. i. honoramus idẽ. s. lumẽ. ter. i. tripliciter. s. in patre ⁊ filio et spũ scõ et vnũ deũ in trinus. quẽ deũ dicimus. i. noĩamus alpha. i. principium. ⁊ o. i. finem. oĩs spũs. i. oĩs homo. laudet te. s. deum honorando.

Laus patri sit ingenito: laus ei vnigenito: laus sit cũ sancto spiritu: trino deo ⁊ simplici.

¶ Cõstrue. Laus sit deo ingenito. idest nõ generato. s. patri. ⁊ laus sit ei deo vnigenito. i. filio. laus sit cum sancto spiritu. trino deo. sc3 in personis. ⁊ simplici. sc3 deo in vnitate substantie.

O Pater sancte mitis atq3 pie: o iesu christe fili venerande paraclytusq3 spiritus venerande alme deus eterne.

¶ Construe. O sancte pater facis sanctos credentes in te. Tu mitis. idest benignus per effectum. quia facis nos mites ⁊ pios atq3 pro ⁊. quia o pie iesu christe. tu fili. sc3 patris venerande. i. honorande (quia de iure debemus te venerari et laudare. q3 pro et. et paraclytus spiritus. o venerande deus. o alme deus. et o eterne deus.

Trinitas sancta vnitasq3 firma deitas vera bonitas immensa: angelorum salus orphanorum spesq3 cunctorũ.

¶ Construe. O trinitas. idest o deus in trinis personis. q3 pro ⁊. o vnitas firma. sc3 in essentia. ⁊ o deitas vera. qr tuos semper veraces facis: quia veritas. et o immensa bonitas. idest incomprehensibilis. tu lux. i. splendor ange

lorum. salus orphanorum. idest peccatorum indulgentiam petentiū. q̄ ꝓ et. spes. idest confidentia cunctorum. scȝ hominum.

Seruiūt tibi cuncta que creasti: te tute cūcte laudāt creature: nos quoqȝ tibi psallimus deuote: tu nos exaudi.

¶ Construe. O sancta trinitas. cuncta. idest omnia que tu creasti. seruiunt tibi. scilicet trinitati. cuncte creature tue laudant te. scilicet deum in trinitate q̄ pro et. et nos deuoti. idest supplices psallimus tibi. scȝ deo. et exaudi nos. supple psalle: es laudem tuam.

Gloria tibi omnipotens deus trinus et unus magnus: et excelsus decet hymnus laus honor et decus nunc et in euum.

Lux beata trinitas et principalis vnitas: iā sol recedit igneus: infunde lumen cordibus.

¶ Materia huius hymni sumitur circa qualitatem temporis die recedente et nocte adueniente. Inuocat trinum deum in personis. et trinitatē in vnitate. et infundat in cordibus nostris lumen spū̄ssancti. vt laudare mereamur deum tam in prosperis q̄ in aduersis. et ita concedat nobis transire diem et noctem sine peccato. ¶ Construe. O beata trinitas. idest o deus qui es lux hominū vel mundi seu angelorū. ⁊ vnitas principalis. idest que habet principatum super omne quod est. iam sol igneus. i. christus recedit. s. a nobis. Et ideo infunde lumē. idest dona spiritumsanctum. cordibus. i. sensibus nostris. vt. scȝ illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine: te deprecemur vesperi: te nostra simplex gloria: per cuncta laudet secula.

¶ Construe. O christe infunde spm̄sctm̄ te deprecemur. ⁊ vt adiuuas nos laudum carmine (et laudamus) te mane. idest semper (quia omni tempore debemus laudare deum: scd̄m prophetam) te deprecamur. i. rogemus. vesperi. idest in fine mundi. et nostra supplex. i. humilis. gloria laudet te. scȝ xp̄m per cuncta secula. idest per omne tempus.

Urbs beata hierusalem dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus et angelis coronata vt sponsa comite.

¶ In hac commemoratiōe celestis hierusalem autor laudat deum. qui hoc tempore sacro infudit iugiter suam benedictionem. qua propter rogat deum: vt in hoc sancto suo templo omnes promereamur acquirere eterna bona et illa cum suis sanctis possidere. ¶ Construe. Beata vrbs hierusalem: est cia

uitas celestis constituta de aiabus sanctorum. qui sunt viui lapides. et interpretatur visio pacis. que hierusalem constituitur in celis. ex viuis lapidibus. idest sanctis aiabus. illa deo coronata. scz in angelis. vt sponsata comite. idest sicut mulier ornata viro. i. sponso. ita ecclesia christo.

Noua veniens e celo nuptiali thalamo: preparata vt spōsata copuletur domino et platee et muri eius ex auro purissimo.

¶ Construe. Noua spōsa. idest ecclesia. veniens e celo. i. xpō. preparata nuptiali thalamo. idest virginali. vel lauacro baptismatis. vt pro sicut sponsata copuletur. idest coniugatur dño. platee. i. minus perfecti. et muri. i. predicatore illius sponsi. sunt ex auro purissimo. i. ex splendore sanctorum. qui splendidi efficiuntur sicut aurum purissimum.

Tonsionibus pressuris expoliti lapides suisqz aptantur locis per manus artificis: disponūtur permansuri sacris edificiis.

¶ Construe. Lapides. i. sancti martyres. expoliti. idest aptati ad edificādū tonsionibus. idest percussionibus. et afflicti pressuris. i. tribulatiōibus sicut lapides in muro sunt edificati. ita anime sanctorum sunt ordinate in paradiso. qz pro et disponuntur. aptantur. ordinantur. suis locis. per manus artificis. idest per manus filij dei. permansuri. s. lapides diu sacris edificijs. idest celestibus edificijs.

Porte nitent margaritis additis patentibus: et virtute meritorum illuc introducitur: omnis qui pro christi nomine in hoc mundo premitur.

¶ Construe. Porte. i. templi. nitent. i. resplendent margaritis. i. virtutibus additis luminibus. patentibus. idest apertis sacris tēplis. et hic. i. in templo ois xpianus qui pro xpi noie premitur. i. cruciatur. introducitur illuc. i. celestem hierusalem. virtute meritorum. i. bonorum suorum.

Angularis fundamentum lapis christus missus est: q̄ cōpage parietis in vtroqz nectitur: quem sancta syon suscepit in quo credens permanet.

¶ Christus dicitur lapis angularis q̄ a iudeis fuit reprobatus. ¶ Cōstrue. Christus. scz fundamentum totius ecclesie. missus est a patre. factus est lapis angularis. qui lapis nectitur. idest coniugitur compage. idest coniunctione parietis in vtroqz. idest in duobus populis (iudaico et gentili.) quem christum suum suscepit. (Syon interpretatur ecclesia vel speculatio in quo. scilicet christo vel ecclesia credens. scz christianus qui credit. permanet firmiter in fide sancte ecclesie.

Omnis illa deo sacra et dilecta ciuitas plena modulis et laude et canore iubilo: trinum deum vnicumqȝ cum fauore predicat.

¶ Cōstrue. Omnis illa ciuitas. i. ecclesia militās deo. i. ad dei honorem. est sacra. i. sacrata ⁊ dilecta. i. amata a deo. ⁊ plena modulis. idest cantilenis angelorum. in laude dei. ⁊ canore. idest cantu. vel canore iubilo. i. dulci exultatiōe Jubilus est gaudium illud quod est interius in hoīe qd oīno non potest referri. nec etiam omnino taceetur pre animi exultatione. ⁊ sancta ecclesia predicat trinum deum. s. in persōnis Vnicumqȝ. idest vnum in substātia. vel vnum quoqȝ cum fauore. i. prece. oratione predicat.

Hoc in templo summe deus exoratus adueni clemēti bonitate precum vota suscipe largam benedictionem hic infunde iugetur.

¶ Construe. O summe deus exoratus. scȝ a nobis deprecatus. adueni per gratiam in hoc templo. idest ista ecclesia. ⁊ suscipe vota precum. i. precantiū. vel orationū (Jstud intransitiue legitur. ⁊ est figura endiadis. que fit qñ duo noīa substātiua simul ponūtur. vnū illorum adiectiuatur. ⁊ alterū remanet substantiuum. ⁊c.) clementi bonitate. i. moderata tua prece vel voce. infunde. i. immitte. iugiter. i. perenniter vel assidue. benedictionē largā. i. letam.

Hic promereantur omnes petita acquirere ⁊ adepta possidere cum sanctis perenniter paradisum introire translati in requiem. Amen.

¶ Construe. Hic scilicet in sacra ecclesia. vel in isto loco. omnes. scȝ fideles homines. promereantur. i. bene mereantur. acquirere petita. scȝ iusta ⁊ sancta adepta. i. illa petita obtenta et habita. possidere perenniter. idest perpetue. cum sanctis. idest cum bonis et deo dilectis. ⁊ supple dum sumus translati in requiem. i. dum sumus mortui supple mereamur introire paradisum. idest regnum celorum.

QUod chorus vatum venerādus olim spiritusancto cecinit repletus in dei factum genitrice constat esse maria.

¶ Jn hoc hymno agit autor de natiuitate christi. qualiter completū est mania qd prophete predixerūt: q maria cōcepit et peperit filium. Symeō gauisus suscepit eum in templo. Dicimus ergo q prophete senserūt de xpi aduentum ⁊ natiuitate. vñ Esayas. Jn medio duum aīalium cognosceris. i. inter bouē et asinū. Jterū. Egredietur virga de radice iesse. Et Abacuth similiter idem dixit. Jn medio duum. ⁊c. ⁊ multi alij prophete annunciauerunt ⁊

prophetauerunt de xp̄o. hoc totū cōpletum est in maria: qr xp̄s cōceptus. natus/baptizatus/crucifixus. in templo presentatus. et a iusto symeone et ab anna vidua susceptus est. Unde a personis illis domino obuiantibus. istud festum in quo iste hymnus cantatur. hypapanti dn̄i. dicitur. i. obuiatio dn̄i.
¶ Construe. Illud constat esse factum. idest impletum in Maria genitrice dei. idest matre christi. quod venerande chorus. idest honorabilis cōgregatio vatum. idest prophetarum. repletus. i. plenus spiritusancto. cecinit. idest prophetauit. olim. idest dudum.

Hec deum celi dn̄mq3 terre virgo concepit peperitq3 virgo atq3 post partum meruit manere inuiolata.

¶ Construe. Et vere constat esse factum qđ prophete cecinerunt. Qr beata virgo concepit dn̄m. i. xp̄m deum celi et terre. ⁊ virgo. s. maria peperit illum quem gessit. idest portauit. atq3 pro ⁊. meruit. sc3 maria inuiolata mare. i. mā sit incorrupta post partum.

Quem senex iustus symeō in vlnis in domo sumpsit dn̄i gauisus hoc quod optauit videre proprio lumine xp̄m.

¶ Construe. Quem. sc3 xp̄m symeō iustus ⁊ senex. i. annosus sacerdos sumpsit. i. suscepit in vlnis. i. in brachiis suis. in domo. idest templo dn̄i. ⁊ sc3 symeon est gauisus. i. letatus videre. i. aspicere xp̄m. suo ꝓprio lumine. i. oculis. hoc quod optauit. i. desiderauit. per multa tempora.

Tu libens votis petimus precantū regis eterni genitrix faueto claraq3 celsi renitens olymphi regna petisti.

¶ Construe. O tu genitrix. i. mater regis eterni. i. xp̄i (qui caret principio et fine. te petimus faueto. i. concede. votis precātum. idest precibus famulorū libens. idest libenter. ⁊ tu renitens. i. resplēdens. petisti. pro accepisti. regna clara. celsi olymphi. i. celi altitudinem.

Sit deo nostro decus et potestas: sit laus perpes honor et perennis qui poli summa residet in arce trinus ⁊ vnus. Amen.

¶ Construe. Decus ⁊ potestas sit deo nostro. perpes laus. i. perpetua gloria et perennis honor sit deo nostro. qui scil3 deus residet in summa arce poli. i. altitudine celi. trinus in personis. ⁊ vnus in substantia.

Quem terra ponthus ethera colunt adorant predicant trinam regentem machinam claustrum marie baiulat.

¶ Autor in presenti hymno vult ostendere hoc quod prophete de xp̄o nunciauerunt. in virgine maria esse completum. Claustrum marie baiulat xp̄m.

¶ Nota q̄ deus fecit hominem de limo terre. et posuit eum in paradiso voluptatis et vetuit illi de ligno (quod erat in medio paradisi) ne comederet. sʒ dyabolo suadente eue. ⁊ eua postea ade. ambo comederunt. dyabolo placentes mortaliter peccauerunt. ⁊ post pctm̄ tante trāsgressionis de paradiso terrestri a domino eiectisse nudos esse cognouerunt. Uidens ergo deus q̄ aliter non posset redimere genus humanum nisi per feminam. vnde ⁊ in vterū virginis descendit humanum corpus assumēs. et ita sumus redēpti ⁊ a pctō liberati per feminā. vnde et nos grates reddere tenemur. Dictum est etiam supra q̄ maria est stella maris et mater dei. et quē celum et terra capere non poterant. suo gremio contulit. ¶ Construe. Claustrū. i. venter marie. s. virginis. baiulat. i. portat illū deū regentē. i. gubernantē. trinā machinā mūdi. scʒ celum terram ⁊ mare. vel trinā machinā aīe. s. concupiscibilitatem. rationabilitatem. sensualitatē. quē. s. deū terra. i. boni hoīes. ponthus. i. mali homines. ethera. idest celestes creature colunt. i. honorant. adorant. idest commendant. predicant. idest denunciant.

Cui luna sol ⁊ omnia: deseruiunt per tempora perfusa celi gratia gestant puelle viscera.

¶ Construe. Dico q̄ celum ⁊ terra et oīa laudāt et adorant illum quem celi capere non poterant ⁊ vere. Quia viscera puelle. s. virginis marie. perfusa. idest repleta gratia celi. i. de rore celesti gestant. i. portant. s. xp̄m deū. cui xp̄o luna. i. variatio lune. sol in cursu suo, et omnia entia. deseruiunt. i. famulantur per tempora. i. temporaliter.

Beata mater munere: cuius supernus artifex mundum pugillo continens ventris sub archa clausus est.

¶ Construe. Et quia maria portauit. xp̄m possumus dicere q̄ est beata maria munere. i. dono. filii. sub cuius. s. virginis. archa ventris. i. vtero supernus artifex. i. supremus creator. continens mundū. s. vniuersum. pugillo sub sua potestate. clausus est. i. portatus.

Beata celi nuncio fecunda sancto spiritu desideratus gentibus cuius per aluum fusus est.

¶ Construe. Et quia supernus artifex clausus est sub archa virginis marie possumus enim bene dicere. q̄ dei genitrix sit beata. i. sancta nūcio celi. i. angelica salutatione a trinitate missa. ⁊ est fecunda. i. impugnata sancto spiritu per cuius. s. marie. aluum. i. vterum. fusus est. i. natus. supple ille qui fuit desideratus. a cunctis gentibus. i. populis.

O Gloriosa domina excelsa supra sydera: qui te creauit prouide: lactasti sacro vbere.

¶ Materia huius hymni est. vt beata virgo maria peperit saluatorem nostrum. Et q̄ deus contulit ei tantam gratiā q̄ saluatorē nr̄m pareret. ⁊c. Fa-

cit autor apostropham. i. conuersationē. et q2 deus contulit ei tantā grām ꝑ
ipsa peperit saluatorem nostrū. conuertit sermonē suū ad ipsam ostendendo
eā esse gloriosam ¶ Construe. O gloriosa dn̄a. i. sponsa dn̄i nr̄i. excelsa. i. ele-
uata. super sydera. i. super oē s celos. tu lactasti sacro vbere. idest sacro pe-
ctore illum qui te creauit prouide. i. sua eterna prouidentia.

**Quod eua tristis abstulit: tu reddis almo germine; in-
trent vt astra flebiles: celi fenestra facta es.**

¶ Construe. Tu reddis. i. restituis. almo germine. i. p sanctū filiū tuū. sup-
ple illud quod tristis eua. idest dolorosa. abstulit. s. a nobis. s. paradisuz. ⁊ es
facta fenestra celi. i. xp̄i. vt flebiles. scilz homines de flentes peccata sua. in-
trent astra. idest celos.

**Tu regis alti ianua: ⁊ porta lucis fulgida; vitam datam
per virginem gentes redempte plaudite.**

¶ Construe. Et vere: quia tu es ianua. i. ostiū. alti regis. i. xp̄i ⁊ es facta ful-
gida porta. idest splendida ianua. lucis. i. christi (qui est vera lux. qui illumi-
nat omnem hoīem venientem in hunc mundum) et o gentes redempte. id-
est liberate a domino iesu christo. plaudite. idest gaudete. vitam datam esse
per virginem. scilicet mariam.

**Aue maris stella dei mater alma atq3 semper vir-
go: felix celi porta.**

¶ Materia huius hymni est de salutatione btē marie virginis. facta ab an-
gelo sic dicēte. Aue gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus.
Et cum ipso respondisset. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi scdm verbū tuū. tunc
virtute altissimi obūbrata est. ⁊ solo verbo cōcepit filium. q est xp̄s deus nr̄.
¶ Intendit etiā autor ipsam beatam virginē mariā inuocare. vt ipsa nomē
eue (per quā mors intrauit) mutet. ⁊ vt soluat vincula pctoꝝ nr̄oꝝ. et prestet
nobis vitam eternam. vt nos a pctīs absolutos mites faciat et castos. Hinc
etiam laudare nos hortatur et glorificare hunc diem. propter hoc qd̄ euasi-
mus de domo dyaboli per ipsam. ⁊ venimus per fidem ⁊ gratiā dei ad regna
celoꝝ. Et innuit hoc per simile faciendo istam cōparationē. Sicut enī stella
maris prestat ducatū ipsis nautis. vt veniant ad portū. ita per ducatum vir-
ginis marie veniemus ad portum. i. ad xp̄m. ¶ Construe. O stella maris. i.
mundi. aue. i. salue. o alma mater. i. sancta. genitrix dei ⁊ hoīs atq3 ꝑma-
nens semper virgo. s. ante partū. in partu. ⁊ post partū. ⁊ o felix porta. i. san-
cta ianua celi. i. paradisi. aue. i. salue.

**Sumens illud aue: gabrielis ore funda nos in pace: mu-
tans nomen eue.**

¶ Construe. Et quia tu sumens illud aue. i. illam salutationē angelicā. que
fertur ab ore gabrielis. illius angeli. funda. i. confirma nos in pace. i. in eter-

na beatitudine. tu dico mutans nomen eue. in aue. idest maledictionem eue in tuam benedictionem.

Solue vincla reis profer lumen cecis mala nostra pelle: bona cuncta posce.

Construe. Et quia tu virgo dicta es stella maris. et qr mutasti nomē eue. idest maledictionem eue deleuisti. et impetrasti nobis benedictionem. & cōfudisti mortem tribuens nobis vitam perpetuam. ideo solue vincula .i. ligamina peccatorum. reis. idest peccatoribus. profer. i. tribue lumē cecis. idest infidelibus. et pelle. idest remoue nobis mala nostra. i. peccata nr̄a. & posce. idest postula. scʒ a filio tuo cuncta bona.

Monstra te esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus.

Construe. O maria monstra. idest ostēde te esse matrē. s. placando filium tuum. & filius tuus sumat preces. idest deprecationes nostras. per te. qui scʒ filius. natus ex virgine maria. pro nobis. scʒ miseris peccatoribus. tulit. idest sustinuit esse filius tuus.

Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos: mites fac et castos.

Construe. Virgo singularis (quia nulla est tibi similis. quia fuisti virgo ante partum. in partu. et post partum) mitis. idest humilis. inter omnes. scilicet mulieres. et o virgo fac nos solutos culpis. et fac nos mites & castos. scilicet in corpore et anima.

Vitam presta puram iter para tutum: vt videntes iesum semper colletemur.

Construe. Et quia es mater castitatis & suauitatis. O virgo presta. i. dona vitam puram. s. nobis. & para. i. tribue. iter tutum. i. vitam securā. vt nos vidētes iesum christum filium tuum. colletemur. i. simul gaudeamus semp. idest in presenti et laudes persoluentes. & in futuro cum plenius cognoscentes. gaudiamus cum domino deo nostro.

Sit laus deo patri: summo christo decus spiritui sancto: trinus honor vnus. Amen.

Construe. Et quia descendit dominus deus noster in vterum virginis. Ideo laus. idest gloria sit deo patri. et decus. idest reuerentia sit summo christo. idest excelso dei filio. et spiritui sancto sit honor trinus in psonis et vnus in essentia. Amen.

Vt queant laxis resonare fibris mira gestorū famuli tuorum: solue polluti labii reatū scte iohānes.

¶ Iste hymnus vitam et mors habitum et conuersationem sancti Johãnis baptiste describit. orans et persuadens vt eius cõsuetudinẽ immittemur. vt ad eius beatitudinem puenire mereamur. ¶ Construe. O sctẽ iohẽs solue. idest relaxa. reatũ labij. i. oris polluti. i. inquinati. vt famuli tui queãt. i. possint resonare. mira. i. miracula gestorum tuorum. i. factoꝝ. fibris. i. venis. laxis. i. resolutis. vel apostolis vocibus exoratis.

Nuncius celso veniens olympho: te patri magnum fore nasciturum nomen ꝛ vite seriem gerende ordine promit.

¶ Construe. Nũcius est veniens olympho. idest de celo. s. angelus gabriel. promit. i. nunciat te fore magnum nasciturum. patri. s. tuo zacharie. ꝛ nomẽ tuum similiter promit. quia dixit (Johannes est nomen eius) et promit seriẽ. idest ordinem. vite gerende. dicens (Uinum ꝛ siceram non bibet) ordine. idest secundum ordinem quem gessit.

Ille promissi dubius superni perdidit prompte modulos loquele sed reformasti genitus perempte organa vocis.

¶ Construe. Ille. scȝ zacharius dubius. i. incredulus. promissi superni. i. celestis promissionis. perdidit modulos prompte loquele. i. modũ locutienis. Ambrosius enim dicit ꝙ zacharias vocẽ amiserat in cõsonãtibus. qꝛ eas formare nõ poterat. sed tu reformasti o sancte iohẽs genitus. i. natus organa. i. instrumenta. vocis perempte. i. destructe seu extincte vocis.

Uentris obtuso positus cubili senseras regem thalamo manentem: hinc parẽs nati meritis vterqꝫ abdita pãdit.

¶ Construe. Et tu positus. idest recũbens cubili. i. ventre matris tue. obtuso. i. clauso. senseras regem. i. xpm. manentem. i. iacentẽ thalamo. vẽtre virginis. hinc. i. ex hoc. vterqꝫ parens (zacharias ꝛ elizabeth) de meritis nati. s. iohannis pandit. idest prophetauit. addita. idest abscondita. Qꝛ pater dixit. Benedictus dominus deus israel. Mater vero dixit. Et vnde venit michi ꝙ mater domini mei venit ad me.

¶ Ad matutinas.

Antra deserti teneris sub annis: ciuium turmas fugiens petisti: ne leui saltem maculare vitam famine posses.

¶ Construe. O sancte iohẽs. tu fugiens turmas. i. turbas ciuiũ. ꝛ petisti antra. i. obscurã speluncam. deserti. i. loci desolati sub terrenis annis. s. in etate. ꝟij. annoꝝ. ne posses maculare vitam sanctã leui famine. i. verbo ocioso. Et

est ociosum verbum quod aut vtilitate rectitudinis aut iuste rationis necessitate caret famine. dico saltem leui. i. sine bono fructu.

Prebuit hyrtum tegimen camelus artubus sacris stropheum bidentes cui latex haustum sociata pastum mella locustis.

¶ Construe. Camelus prebuit hyrtum tegimē. idest pilosum vestimentum. sacris artubus. idest sacris membus. et bidētes. idest oues prebuerunt strophеum. idest cingulum. cui. scilicet iohanni. latex. idest aqua. prebuit haustum. et cui mella prebuerunt. pastum mella dico sociata sibi locustis. illis volatilibus.

Ceteri tantum cecinere vatum: corde presago iubar affuturum tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis.

¶ Construe. Ceteri vatum. idest alii prophete cecinere. idest prophetarunt. tantum. idest tantummodo. corde presago. idest prouido. iubar esse affuturum. idest christum venturum. sed tu quidem (quasi distinctius) prodis. idest ostendis. scȝ christum auferentem scelus. idest peccatum mundi. indice. idest digito. dicens. Ecce agnus dei.

Non fuit vasti spacium per orbis: sanctior quisquam genitus iohanne qui nephas secli meruit: lauantem tingere lymphis.

¶ Construe. Quisquam. scilȝ homo. genitus (intellige ex muliere. non de virgine vt christus) non fuit sanctior iohē. scȝ baptista. per spacium vasti orbis. idest ampli mundi. qui scilicet iohānes meruit tingere. idest baptizare. lymphis. idest aquis iordanis lauantem. scȝ xpm purgantem. nephas. i. peccatum secli pro secli. idest mundi.

Omnis felix meritisque celsi: nesciēs labem niuei pudoris: prepotens martyr heremique cultor maxime vatum.

¶ Construe. Et quoniam meruisti xpm tingere lymphis. tu dico. O nimis felix celsi meriti. nesciens. idest ignorans labē. i. sordem. niuei pudoris. i. pulchre castitatis. martyr. i. testis prepotēs. i. pre aliis potēs dixisti. Ecce agnus dei. et cetera. vel martyr. i. decollatus. et cultor. i. habitator heremi. i. solitarii. Tu maxime. vatum. quia plus quam propheta.

Serta terdenis alios coronas aucta cremētis duplicata quosdam trina centena cumulata fructu te sacer ornant.

¶ Tres ordines hic notantur. s. tricesimus. sexagesimus. et centesimus. in quibus continentur oīm hoīm ordines. s. continentes. cōiugati. vel virgines qui et designātur per tres viros. s. per Noe. Danielem. et Job. per Noe designantur cōiugati. per Job cōtinētes. per Danielē virgines designātur. Vñ

legitur in euangelio. Alij sunt in lecto. Alij in villa. Alij in agro. Hoc tracta=
tum est de euangelio. vbi dicitur de semine iacto. aliud sexagesimū. aliud tri
cesimū. aliud cētesimū fructū attulit. ¶ Construe. Sexta .i. corona. terdenis.
idest triginta coronas alios. s. cogitatos q̄ habēt secū fidē scte trinitatis. s. pa
tris et filij ⁊ spūsancti. ⁊ adherēt etiā decē preceptis legis diuine. ⁊ illa serta
duplicata sunt. s. in sexagesimū fructū. ⁊ coronas quasdā. s. cōtinētes. qui vi=
xerunt in charitatē dei ⁊ proximi. et qui hñt sex opera misericordie ⁊ castita=
tis vel charitatis. scȝ pascere ieiunos. vestire nudos. potando sitientes. visi=
tare infirmos. ⁊c. illa serta. idest triginta super sexagesima cumulata ⁊ aucta
per augmentationem denarij: scȝ per decem centeno fructu .i. centesimo co=
ronas. O sancte iohannes qui es virgo: quia centesimus fructus coronat.
idest ornat virgines. ¶ Et vt breuius exponamus. A tricesimo fructu vel or
dine coniugati: sexagesimo continentes. a centesimo virgines post dissolu=
tionem corporis et anime coronantur in eterna beatitudine. ¶ Et nota ꝙ tri
cesimus numerus surgit a ternario et denario: q: cōiugati habent fidem san
cte trinitatis. et adhererent decem preceptis legis. sexagesimus numerus a
senario ⁊ denario surgit: q: continentes habent sex opera misericordie ⁊ cha
ritatis. scilicet pascere ieiunos. ⁊c. Virgines in centesimo ordine ponūtur et
significant perfectionem: quia cētenarius numerus surgit a trino tricesimo
et denario .i. superadditio. et ita sunt centum. Per c. numerus perfectus in=
telligitur. ⁊ in hoc ordine fuit beatus iohannes nō absurde. immo aperte ꝑm
loquelam digitoꝝ. Per tricesimū numerū cōiugatorū. ⁊ per sexagesimū con
tinentiū. per centesimū virginū merces accipitur. Periti enī prima cōputa=
tione articulorum (quā appellāt loquelā digitoꝝ) dicunt q̄ñ in sinistra manu
per quam vita temporalis intelligitur vsq3 ad nonagintanouē solebant com
putare. Centum autem ⁊ deinde in dextera parte (per quā celestis vita desi=
gnatur) Unde de quodā cētenario habemus in quodam libro. Jam dextera
computat annos. In hoc loco autor facit numerum suum per quinq3 digitos
manus. scilicet per pollicem. per indicem. medium medicum. ⁊ auricularē.
¶ Auricularis in palma positus significat vnitatem. Medicus cum ipo po
situs duo significat. Medius cum ipsis positus in medio. tria significat. de=
inde nichil. Auricularis erectus medio. et medio iacentibus. quattuor signi
ficat. Medicus cum illo erectus medio iacente in palma. quinq3 designat.
Medius cum illis erectus sex significat. Item auricularis in palma exten=
sus septem significat. Medicus eodem modo positus in palma octo signifi=
cat. Medius simul modo positus nouem significat. Judex (qui vsq3 hoc nil
fecit) predicto modo positus decem significat. Amplexu pollicis adiunctis.
xxx. significat. Per quem numerum satis congrue accipitur merces coniu=
gatorum propter illorum mollem amplexum ⁊ vite dilectionem ⁊ concordiā.
Pollex siquidem cū indice firmiter astrictus significat sexaginta: per quē
numerū satis accipitur merces cōtinentiū. Graue est enī ab amplexu et vo=
luptuosa delectatiōe ⁊ cōsuetudine abstinere. Nil ꝯsuetudine maius. ¶ In
dextera d: centum. Per numerū q̄ fit in dextera parte vita celestis intelligi=
tur: per quē non immerito accipit merces virginū: q: in hac via mūdā ⁊ im=

maculatam vitam quasi angelicam (quantum possunt) ducunt.

Nunc potes nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle: asperū planans iter et reflexos dirige calles.

Construe. O sancte iohannes. tu potens repelle. idest remoue duros lapides. i. incredulitates nostri pectoris. meritis optimis. i. fertilibus ꝛ fecundis. planans iter asperum. idest petrosum. et dirige calles reflexos idest curuos in peccatis.

Ut pius mundi sator et redemptor mētibus pulsa liuione puris rite dignetur veniēs sacratos ponere gressus.

Construe. Ut pius sator (a sero seris) idest creator mundi. mentibus. puris. pulsa leuione. idest liuore abiecta. venenosa. sorde vitiorum. saluator veniens dignetur ponere gressus sacratos. idest sancta itinera. rite. idest sine effusione.

Laudibus ciues celebrant superni te deus simplex pariterq; trine supplices et nos veniam precamur parce redemptis.

Construe. Superni ciues. idest celestes angeli celebrant te laudibus. O deus simplex. sc; carens partibus. ꝛ trine. sc; in personis. pariter ꝛ nos supplices. i. humiles. precamur veniam. i. indulgētiam. parce redemptis. idest dimitte nobis redemptis. peccata nostra. quia redemisti nos sanguine tuo proprio. Amen. idest sine fine.

Aurea luce et decore roseo lux lucis omne perfudisti seculum decorās celos inclyto martyrio hac sacra die que dat reis veniam.

Construe. O lux. lucis. i. filius patris. ꝑfudisti omne seculū. i. replesti. aurea luce. i. predicatione apostolorum aurea lumina dicta sunt propter splendorem diuine bonitatis et bone vite. q: nos illuminauit) decore roseo. idest rubeo martyrio. tu decorās celos. idest celestes creaturas. inclyto martyrio. idest nobili passione. in hac sacra die. idest solēnitate. que dies dat veniam. idest indulgentiam. reis. idest peccatoribus.

Janitor celi: doctor orbis: pariter iudices secli: vera mundi lumina: per crucem alter: alter ense triumphās vite senatum laureati possident.

Construe. Janitor celi. i. petrus hostiarius. doctor orbis. i. predicator mūdi. idest paulus. pariter. i. simul sunt iudices seculi. ꝛ sunt vera lumina mundi alter. idest petrus triumphās. idest vincens per crucem. alter. idest alius.

scilicet paulus triumphans ense. laureati. idest coronati. possident senatum. idest principatum huius vite.

Jam bone pastor petre clemens accipe vota precantum: et peccati vincula resolue tibi potestate tradita qua cunctis celum verbo claudis aperis.

¶ Jam bone pastor. Autor facit apostropham ad petrũ dicẽs. ¶ Construe. O bone pastor petre clemens accipe vota precantũ. i. preces. ⁊ resolue vincula peccati. potestate tradita tibi. s. a xpo. qua. s. potestate claudis ⁊ aperis celum. i. paradysum. cunctis christicolis. verbo. i. sermone.

Doctor egregie paule mores instrue: mente poli nos trãsferre satage donec perfectum largiator plenius euacuato quod ex parte gerimus.

¶ Cõstrue. O paule doctor egregie. idest nobilis. instrue. i. cõpone nostros mores. et satage. i. labora. trãsfer nos mẽte poli. i. in celestibus. donec. i. quousqꝫ perfectũ. s. ab vtraqꝫ aĩa et corpore. largiatur. i. tribuatur nobis in futuro. plenius. i. perfectus. euacuato. i. penitus dimissa mortalitate. quam gerimus ex parte. i. in hoc mortali corpore. quasi in aliã partẽ hoĩs versa fuerit. in futuro glorificabitur homo plenius et perfectius data sibi immortalitate vtriusqꝫ patris. scȝ anime et corporis.

O oliue bine pietatꝭ vnice fidei deuotos spe robustos maxime fonte repletos charitatis gemine post mortem carnis impetrate viuere.

¶ Construe. O oliue bine pietatis. i. due oliue pietatis vnice. i. indiuise fidei. i. vnius amoris. impetrate. i. postulate a deo nos viuere deuotos ⁊ robustos. i. infirmos spe maxie repletos fõte gemĩe charitatis. s. dilectiõis dei ⁊ pximi impetrate. inquã dico. post morẽ carnis. i. separationẽ. aĩe ⁊ corpis.

Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas atqꝫ iubilatio in vnitate cui manet imperium extũc et modo per eterna secula. Amen.

¶ Construe. Sempiterna gloria. i. eterna gloria. sit trinitati in tribus personis. et honor sit eis atqꝫ iubilatio. i. laudatio sit ei trinitati in vnitate. scilicet in vno deo. illa trinitas que est vnus deus manet imperium. i. existit precepto. extunc. idest ab exordio mundi. ⁊ modo in presenti. per eterna secula. idest ꝑ omnia tempora. Amen. idest sine defectu.

O Quam glorifica luce choruscas stirpis dauidice regia proles sublimis residens virgo maria supra ce

ligenas etheris omnes.

¶ Hoc metrũ est tetrametrũ. Sunt autẽ hic quattuor versus. in vno quoqз eoꝝ sunt quattuor pedes. quoꝝ primus est spondeus scđs iambus. tertius dactylus. quartus est spondeus siue trocheus. ¶ Materia huius hymni est duplex cõmendatio ipsius marie. tam a progenie q̃ a meritis. Cõmendatio a progenie est: q̄ ipsa est de regia stirpe. s. de stirpe dauid. Cõmendatio autẽ a meritis est: quia ipsa peperit xp̄m saluatorẽ nostrũ. Cantatur aũt hymnus iste in transitu siue obitu beate marie virginis. qualiter. scilз transiuit de hoc mundo ad regnũ celorũ. an solum amittendo sp̄m. vel vtrũ assumpta fuit cũ corpore. de quo dubitũ est. sed tamẽ melius est vt credamus tã assumptã esse a parte cum corpore. O regia proles stirpis dauidice. O maria q̄ est ramus ipsius dauid. Ipse enim fuit quercus a qua rami procedunt. ⁊ tu es ramus stirpis et proles. qui termini ponũtur p̄ eodẽ: sed nõ idẽ significãt. Est enim proles qđ aliũde habet initiũ. Stirps idem est q̄ truncus. a quo ramus velut a patre filius procedit. ¶ Construe. O q̄. i. quantũ. gloriosa luce. i. gloriosa choruscas. i. splendida parens. o maria tu dico. sublimis. i. stans in sublimi. scз in celo. tu residens. idest sedens super oĩes angelos. etheris celi genas. idest genitas in celo: fuerunt creati angeli a deo.

Tu cum virgineo mater honore angeloꝝum domino pectoꝛis aulã sacris visceribus casta parasti natus hinc deus est coꝛpoꝛe chꝛistus.

¶ Construe. O maria sup̄ te existẽs mater cũ virgineo honore. i. p̄manẽs virgo casta parasti aulã pectoris. i. pectus tuũ dño angeloꝝ. ⁊ ideo hinc. i. ex illis visceribus sacris natus est xp̄s deus. i. dignatus est nasci corpore. idest quantũ ad corpus: q̄ humanitatem sumpsit a te virgo maria.

Quem cunctis venerans oꝛbis adoꝛat: cui genu flectitur omne a te petimus subueniente abiectis tenebꝛis gaudia lucis.

¶ Construe. Quẽ venerans orbis adorat. i. quẽ oẽs hoĩes venerantur. cui. i. ad cuius honorem. omne genu flectitur. i. oẽs hoĩes flectunt genua a quo. s. christo. nos petimus gaudia lucis. scilicet eterne. te subueniente. idest auxiliante. abiectis tenebris. i. peccatis remotis a nobis.

Hoc largire pater luminis omnis natum per pꝛopꝛiũ flamine sacro qui tecum nitida viuit in ethera regnãs ac moderans secula cuncta. Amen.

¶ Superius facit autor preces ad beatã mariam virginem. sed hic facit preces ad deum patrem vt ipse dignetur nobis dare que promissa sunt dicens. ¶ Construe. O pater luminis oĩs. idest origo ⁊ facto totius claritatis. largire. i. dona nobis. hec. scilз gaudia lucis. ⁊ largire inquã. hoc. per propriũ

natum. idest amore filii tui. et sancto flamine. i. amore spiritussancti. q supple filius tuus viuit tecum in nitida. idest munda ethera. i. in celo. regnās. i. gubernans ac moderans. idest temperans secula cuncta. idest omnes gentes in hoc seculo existentes.

Tibi christe splēdor patris vita virtus cordium in conspectu angelorum voce votis psallimus alterantes concrepando melos damus vocibus.

¶ Construc. O xpe qui es splendor patris. q es vita ꝛ virtus cordiū ꝛ aiarū supple nos psallimus. i. canamus votis ꝛ voce. ꝛ nos alterantes. damus melos. i. dulces cantus. ꝛ hoc dico concrepando. i. resonando vocibus.

Collaudemus venerantes omnes celi milites et precipue primatum celestis exercitus michaelem in virtute conterentem zabulon.

¶ Construc. Nos venerantes. idest honorantes collaudemus omnes milites celi et precipue. idest pre aliis primatum. i. ducem celestis exercitus. s. michaelem conterentem. idest destruentem vel superantem zabulon. idest dyabolum in virtute. idest potestate.

Quo custode procul pelle rex christe piissime omne nephas inimici mundo corde et corpore paradyso redde tuo nos sola clementia.

¶ Construc. Quo. s. michaele. custode. i. custodiēte. xpe piissime rex. pelle. idest ablue vel abiice. idest remoue a nobis. omne nephas inimici. i. oē peccatum dyaboli. ꝛ redde nos sola clementia. idest pietate vel misericordia tuo paradyso. ꝛ hoc mundo corde ꝛ corpore.

Gloria patris melodis personemus vocib9 gloriam christo canamus gloriam paraclyto qui deus trinus et vnus extat ante secula.

¶ Construc. O nos personemus gloriam. idest laudem patri. in diuinis vocibus melodis. i. dulcedinis vel dulcibus. et canamus. i. cantemus gloriam xpo. idest filio. ꝛ canamus paraclyto. i. spirituisancto. qui (pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus) extat. i. vnus deus in essentia. ꝛ trinus in personis.

Christe sanctorum decus angelorum rector humani generis ꝛ auctor nobis eternū tribue benignus scandere celum.

¶ Autor facit mentionem ad singulos angelos rectores humani generis.
¶ Construe. O christe decus angelorum sanctorum (ad dicitur iam malorum) et auctor tu benignis tribue nobis scandere. idest ascēdere celum. idest regnum eternum.

Angelum pacis michael ad istam: celitus mittas rogamus aulam: nobis vt crebro veniente crescant prospera cuncta.

¶ Construe. Rogamus mittas celitus. idest de celo dirigas. ad istam aulā. idest istam ecclesiam. michaelem angelum pacis. qui nos placat deo quotiens magna nunciantur nobis a deo. Michael mittitur ad nos. quādo vero maiora tunc Gabriel mittitur. vt marie et zacharie. quando ad mediam tūc. Raphael mittitur. vt thobie. Raphael interpretatur medicina: ad hoc ergo mittatur: vt cuncta prospera crescant. veniente angelo michaele. cerebro. idest frequenter.

Angelus fortis Gabriel vt hostem pellat antiquum voluat ab alto: sepius templum veniens in istud: nostri misertus.

¶ Construe. Gabriel interpretatur fortis angelus. i. fortitudo dei. p quē intelligitur q fortis fuit et potēs ad resistendū fortitudini dyaboli per virtutem sancte crucis. et gabriel fortis angelus voluat. idest volet ab alto celi. vt pellat antiquum hostem. i. dyabolum. gabriel dico veniens sepius in istud templum. idest ecclesiam. misertus nostri.

Angelum nobis medicum salutis: mitte de celo Raphael vt oēs sanat egrotos pariterq nostros dirigat actus.

¶ Construe. O xpe mitte nobis angelū raphaelē medicum salutis nostre. Raphael interpretatur medicina dei. et signat christum iesum qui tulit nobis de celis medicinam. idest portauit. s. spm sanctum. cuius gratia mūdati sumus ab omni peccato. et liberati ab hoste antiquo vt sanet et curet nos oēs egrotos in mente. et dirigat actus nostros. idest nostras operationes prauas ad bonam operationem angelorum vel inuocationem.

Hinc dei genitrix maria totus et nobis chorus angelorū semper assistat simul et beata concio tota.

¶ Hic facit inuocationem marie et etiam angelorum dicens. ¶ Construe. O maria genitrix dei nostri. vt totus chorus angelorū assistat semper. idest omni tpe. nobis oībus. et tota concio beata. idest exercitus angelorū assistat. nobis omnibus. vt isti intercedant pro nobis.

Prestat hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterq sancti spūs cuius roboat in omni gloria mundo.

¶ Construe. Beata. scz deitas patris ac nati. idest filii pariter spiritussancti prestet. idest tribuat nobis. scz supradicta. cuius gloria roboat. idest personet. in omni mundo. Amen.

IEsu saluator seculi: redemptis ope subueni: et pia dei genitrix: salutem posce miseris.

¶ Construe. O christe cōserua nos famulos (et bene debes) quia redemisti nos et hoc est o iesu saluator seculi. subueni. i. succurre. redemptis ope. i. tuo auxilio. o pia dei genitrix posce. i. impetra. salutē animarū nobis miseris.

Cetus omnes angelici: patriarcharum cunei: et prophetarum merita: nobis precentur veniam.

¶ Construe. O oēs angeli ciues. idest oēs societates seu exercitus. cunei. idest chori patriarcharum et merita precentur. idest postulant vel impetrēt nobis veniam. i. indulgentiam peccatorum.

Baptista christi preuius: et clauiger ethereus: cum ceteris apostolis: nos soluant nexu criminis.

¶ Construe. Baptista iohannes preuius. idest precursor xpi. et clauiger. scilicet petrus. ethereis. idest celestis cum ceteris apostolis. soluat nos a nexu criminis. idest a vinculis peccatorum.

Chorus sacratus martyrum: sacerdotum confessio: et virginalis castitas: nos a peccatis abluant.

¶ Construe. Sacratus chorus. idest sacer cetus martyrū. et cōfessio sacerdotum. i. iustorū. et castitas virginalis. i. virginū abluāt nos a peccatis.

Electorum suffragia: omnesqz ciues celici: annuāt votis supplicum: et vite poscant premium.

¶ Construe. Suffragia. i. patrocinia electorum. et oēs celici. ciues. i. angeli. annuant. i. faueant votis. i. precibus supplicum. i. humilium. vt poscant. idest impetrent premium vite. scz eterne.

Laus honor virtus gloria: deo patri et filio sancto simul paraclyto in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe. Laus. idest virtus. honor et gloria. sint deo patri. et filio. simul paraclyto in sempiterna secula. Amen.

CHriste redemptor omniū conserua tuos famulos: beate semper virginis: placatus sanctis precibus.

¶ Hic autor facit inuocationem ad omnes ordines angelorū: et deprecatur eos vt ipsi assint nobis. et a nobis omnia vitia repellāt. et nos purificatos con-

de et corpore ꝛ opera ad celestia regna perducant. ¶ Cōstrue. O christe redemptor omnium. s. fidelium. conserua tuos famulos. qui tibi famulātur. tu dico placatus. sanctis precibus beate marie virginis.

Beata quoqꝫ agmina: celestium spiritum presentia preterea futura mala pellite.

¶ Construe. O beata agmina celestium spirituum. scꝫ angelorum. pellite. i. expellite presentia. quoqꝫ futura. s. vitia a nobis.

Vates eterni iudicis apostoliqꝫ domini suppliciter exposcimus saluari vestris precibus.

¶ Construe. Vates. idest o vos prophete eterni iudicis. idest christi. O apostoli domini. exposcimus. idest rogamus suppliciter. nos saluari. vestris precibus. scilicet apud christum.

Martyres dei inclyte confessoresqꝫ lucidi: vestris orationibus nos ferte in celestibus.

¶ Construe. O martyres dei inclyti. i. nobiles et electi. ꝛ confessores lucidi. idest casti. ferte nos in celestibus. s. regnis. vestris orationibus.

Chorus sanctarum virginum monachorumqꝫ omniū simul cum omnibus sanctis consortes xpi facite.

¶ Construe. Chorus sanctarum virginū. ꝛ oīm monachorum. facite nos xpi consortes. i. participes celestis regni. cum omnibus sanctis.

Gentem auferte perfidam credentium de finibus: de christo laudes debitas persoluamus alacriter.

¶ Construe. Auferte. idest remouete. gentem perfidem. idest infidelem de finibus credentium. ꝛ ad quid. vt persoluamus alacriter. idest iocunde christo laudes debitas.

Gloria patri ingenito eiusqꝫ vnigenito vna cū sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe. Gloria. idest laus sit ingenito patri. eiusqꝫ vnigenito. i. filio iesu xpo dn̄o nr̄o. vna. i. pariter cum sctō spū. in sempiterna secula. Amen.

Annue christe seculorum domine nobis per huius tibi cara merita vt que corā te grauiter delinquimus huius soluantur gloriosis precibus.

¶ Construe. O domine seculorum. s. temporum. annue. i. concede nobis seruis tuis. per merita huius. supple apostoli. merita dico cara tibi christo. et o christe. supple nostra peccata soluantur. idest indulgeantur. precibus glorio-

sis huius. s. apostoli. que supple peccata. nos delinquimus. idest commisimus. grauiter. i. criminaliter coram te. i. ante te.

Salua redemptor plasma tuum nobile signatum sancto vultus tui lumine nec lacerari sinas fraude demonũ propter quod mortis exoluisti precium.

¶ Construe. O redemptor qui redemisti mũdum sanguine tuo. Salua nos scʒ tuum nobile plasma. i. tuam nobilem creaturam. plasma dico signatũ sanctum lumine vultus tui. supple redemptor. ne sinas. idest nõ permittas supple nos lacerari. idest destrui. fraude. i. dolo demonum. i. dyabolum. ꝑpter quod supple plasma tuum. tu exoluisti. idest redemisti precium mortis. quãdo passus fuisti in cruce propter nos.

Dole captiuos esse tuos famulos absolue reos compeditos erige et quos cruore redemisti proprio: rex bone tecũ fac gaudere.

¶ Construe. Supple o xp̃e. Dolo. i. condole. nos tuos famulos esse captiuos. i. per penã captiuatos in dyaboli laqueo. ⁊ o supple xp̃e absolue. i. libera. reos. idest culpabiles per peccata. ⁊ erige. i. extra peccatum rege cõpeditos. i. laqueatos laqueo dyaboli. ⁊ supple o bone rex. i. pie. fac nos gaudere idest gaudium habere vel letari. tecum. idest cum te nos dico quos redemisti. idest saluasti proprio sanguine. idest per effusionem tui proprij sanguinis in cruce tempore tue passionis.

Sit tibi benedicte domine gloria virtus honor et imperium vna cum patre sanctoqʒ paraclyto cum regnas deus ante secula. Amen.

¶ Construe. O iesu tu dico benedicte domine. gloria. i. laus. sit tibi virtus. sit tibi honor. sit tibi et imperium. sit tibi vna. idest pariter. cum patre. scilicet in diuinis. ꝙ pro ⁊. et sancto paraclyto. i. sancto spiritui. cum quibus. scʒ patre ⁊ sancto spiritu. supple tu deus regnas. idest gubernas. ante secula. idest sine initio. Amen. idest fiat vt petimus.

Exultet celum laudibus: resultet terra gaudiis: apostolorum gloria: sacra canunt solennia.

¶ In hoc hymno facit autor inuocationẽ ad apostolos. vt ipsi pro nobis exultent. et suis precibus a nobis vitia repellant. vt ipsi cum venient ad iudicium nõ pro reatu puniant. sed compotes eternis gaudijs faciant. ¶ Nota ꝙ dies iudicii non dicitur ideo ꝙ sit dies. sed apparebunt nobis omnia sicut in die. ¶ Construe. Celum. idest celestis curia. exultet. idest gaudeat laudibus. terra. idest terreni. s. hoĩes resultent gaudijs canunt. i. laudant sacra solennia. apostolorum cum gloria.

Vos secli iusti iudices: et vera mundi lumina: votis precamur cordium: audite preces supplicum.

¶ Construe. Vos apostoli iusti iudices secli (pro seculi) et vera lumina mundi. qz totus mundus illuminatur. eorum predicatione. precamur vos votis. i. precibus cordium. i. cordis. audite preces supplicum. i. humilium.

Qui celum verbo clauditis serasqz eius solutis: nos a peccatis omnibus: soluite iussu quesumus.

¶ Construe. Qui clauditis. s. peccatoribus. celum. verbo. et solutis seras vectes eius. idest celi (supple cõtritis) nos quesumus. i. precamur vos soluite. idest absoluite nos a peccatis oībus. iussu. i. precepto xpi.

Quorum precepto subditur salus et languor oim sanate egros moribus nos reddentes virtutibus.

¶ Cõstrue. Quorum. scz apostolorum. precepto. salus. i. sanitas. et languor. idest infirmitas. oīm. s. hoīm. sanate egros. i. pctõres moribus. i. prauis cogitationibus. reddentes nos virtutibus.

Ut cum iudex aduenerit: christus in fine seculi: nos sempiternis gaudiis: faciat esse compotes.

¶ Construe. Et rogamus vos. Ut cum christus iudex aduenerit. in fine seculi. faciat nos esse compotes sempiternis gaudiis.

Martyr dei qui vnicum: patris sequendo filium victis triũphans hostibus victor fruẽs celestibus.

¶ Materia huius hymni est. vt relictis delectationibus et vanitatibus huius seculi. bona opera exercendo. deũ cõsequamur. ¶ Construe. O martyr dei qui fuisti victor triumphans hostibus victis. i. superatis sequendo vnicum filium patris. s. xpm. et es modo fruens celestibus. s. bonis.

Qui precatus munere: reatum nostrum dilue: arcẽs mali contagium vite remouens tedium.

¶ Construe. Et quia talibus bonis fueris. dilue. i. extingue reatum. i. pctm nostrum. tu arcens contagiũ mali. i. dyaboli. remouẽs tedium vite. s. famem. sitim. nuditatem frigus. s. nobis dando temporalia dissimiliter.

Soluta sunt iam vincula tui sacrati corporis nos solue vinculis seculi amore dei filii.

¶ Construe. Et sicut vincula tui sacrati corporis. iam soluta ex nexibus huius seculi. et es cum christo. solue nos a vinculis. idest a peccatis. tuis precibus et hoc amore dei.

Presta pater piissime &c.

D Eus tuorum militum sors et corona premiū laudes canentes martyris: absolue nexu criminis.

¶ Construe. O deus tu sors ⁊ corona tuorum militū. scz hereditas. ⁊ tu premium: q: tu scdm meritum tribuis: absolue nexu criminis. i. laqueo peccatorum. nos dico canentes laudes tuas.

Hic nempe mundi gaudia: et blandimenta noxia caduca rite deputans peruenit ad celestia.

¶ Construe. Hic martyr deputans. i. pensans rite. i. recte gaudia mundi et blandimēta esse noxia ⁊ caduca. peruenit nēpe. i. certe. ad celestia regna.

Penas cucurrit fortiter ⁊ sustulit viriliter prote effundēs sanguinem eterna dona possidet.

¶ Construe: Et ipse cucurrit fortiter. idest forti animo. delectationes huius mundi transiuit. ⁊ sustulit penas viriliter. effundēs sanguinem suum. ⁊ ideo possidet eterna dona.

Ob hoc precatu supplices te poscimus piissime in hoc triumpho martyris dimitte noxam seruulis.

¶ Construe. Ob hoc. idest propter hoc. o piissime pater nos supplices poscimus. idest precamur te precatu. in hoc triumpho. idest victoria martyris. dimitte noxam seruulis.

Laus ⁊c. vt patet.

S Anctorum meritis inclyta gaudia pāgamus socii gestaq: fortia nam gliscit animus promere cantibus victorum genus optimum.

¶ In hoc hymno laudat autor deum in cōmemoratione sanctorū martyrum q: mundum cū pompis suis dimiserūt. vñ in terris laudātur. ⁊ in celis honorantur. Intendit itaq: rogare deū. vt nos famulos iungat consortio sanctorū martyrū. ¶ Construe. O socii pangamus. i. cātemus inclyta gaudia. i. pclara merita sanctoꝝ ⁊ fortia gesta eoꝝ. nā animus meus gliscit. i. cupit vel gaudet. pmere. i. laudare. cū canticis optimū genus victoꝝ. i. martyrum.

Hi sunt quos retinens mundus inhorruit: ipsum nam sterili flore per aridum spreuere penitus teq: secuti sunt rex christe bone celitus.

¶ Construe. Hi sunt martyres quos mundus retinens inhorruit. i. odio habuit. nā xpi martyres spreuere penitus. ipm. s. mundum. p aridū. i. valde licitū. sterili flore. i. fructuoso. ⁊ secuti sunt. celitus. i. diuinitus. te. o xpe bone.

Hi pro te furias atq; ferocia calcarunt hominum seueq; verbera cessit his lacerans fortiter vngula nec carpsit penetralia.

¶ Construe. Hi martyres calcarunt. i. sustinuerunt pro te furias. i. insanias infidelium. atq; verbera ferocia. i. crudelia. et seue. i. iniuste illata. & vngula. idest quondam genus tormenti. cessit. i. locum dedit his martyribus. lacerans. i. puniens. p quecuis tormenta. nec tamen non carpsit penetralia martyrum vel apostolorum. i. non fuerunt tracta vel diuisa earum viscera. & hoc virtute dei.

Ceduntur gladiis more bidentium: non murmur resonat nec querimonia sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiam.

¶ Construe. Ipsi ceduntur. iugulatur gladiis crudelibus. more bidentium. i. consuetudine ouium. murmur eorum non resonat: nec querimonia. i. lamentatio auditur. sed mens bene conscia. i. boni meriti. consonat patientiam. tacito corde. qr fortes patientes & firmi erant pro fide christi in bello.

Que vox que poterit lingua retexere que tu martyribus munera preparas rubri nam fluido sanguine laureis ditantur bene fulgidis.

¶ Et qr hec oia pro christi noie patiebantur. igitur. ¶ Construe. Que vox que lingua poterit retexere. i. dicere vel explicare. munera. i. dona que tu martyribus preparas. nam rubri. s. ipsi in rubei. fluido. i. fluente sanguine. ditantur. idest coronantur laureis. i. coronis bene fulgidis.

Te summa deitas supplices poscimus vt culpas abluas noxia subtrahes des pacem famulis nos quoq; gloriam per cuncta tibi secula.

¶ Construe. O summa deitas. nos supplices. i. humiles poscimus. i. rogamus te. vt abluas. i. deleas. culpas nostras. i. peccata nostra. & subtrahes noxia a nobis. & des pacem famulis tuis. quoq; pro et. nos omnes demus gloriam tibi. i. ad honorem tui per cuncta secula.

¶ Hymnus plurimorum martyrum.

Rex gloriose martyrum corona confitentium qui respuentes terrena perducis ad celestia.

¶ Materia huius hymni est inuocare regem martyrum vt dirigat nos ad aures sue clementie. si quid deliquimus. vt propter merita sanctorum in quorum commemoratione presens hymnus cantatur. nobis ignoscere dignetur.

¶ Construe. O gloriose rex martyrum. corona confitentium. i. confessor hominum. qui perducis respuentes terrena ad celestia gaudia.

Aurē benignā protinus appone nostris vocibus trophea sacra pangimus ignosce quod delinquimus.

¶ Construe. Tu appone aurem benignā protinus. i. statim. nr̄is vocibus et ignosce qd̄ deliquimus q̄ pangimus sacra trophea. i. victoriā martyrum.

Tu vincis in martyribus parcendo cōfessoribus tu vince nostra crimina donando indulgentiam.

¶ Construe. Tu vincis. seuiciā tyrannorum. in martyribus. parcendo cōfessoribus: q: nō vis vt per martyriū finiant vitā suā. tu vince. i. destrue nr̄a crimina donando nobis indulgentiam: q: tu nō vis mortem peccatoris.

Iste confessor domini sacratus: festa plebs cuius celebrat per orbem: hodie letus meruit secreta scādere celi.

¶ Materia huius hymni est. vt totis viribus deum super omnia laudare debemus. Intendit etiam autor hoc hymno tractare de ascensione illius confessoris in cuius memoria presens hymnus totis laudibus celebratur.

¶ Construe. Iste confessor dn̄i sacratus a dn̄o. letus. i. exultans. meruit hodie. i. hoc die scandere. secreta celi. i. ad celos. festa cuius. s. sancti. plebs deuota. celebrat per totum orbem.

Qui pius prudens humilis pudicus sobrius castus fuit et quietus vita dū presens vegetauit eius corporis artus.

¶ Construe. Qui. sc3 confessor fuit castus corpore. pius. i. sanctus prudens. idest sapiens. humilis. idest pudicus in verbis. sobrius in moribus. et quietus. idest tranquillus. dum pro quia. presens vita. s. in hoc mūdo. vegetauit. idest nutriuit. artus. i. membra corporis eius.

Ad sacrum cuius tumulum frequenter membra languentum modo sanitati: quolibet morbo fuerint grauata restituuntur.

¶ Construe. Ad cuius. s. corporis. sacrū tumulū. i. sepulchrū. mēbra lāguentum. i. egrotantū. restituūtur modo. i. in presenti. sanitati. freqūter quolibet morbo. i. quacunq3 infirmitate illa membra fuerunt grauata.

Unde nunc noster chorus in honore ipsius hymnum canit hunc libenter: vt piis eius meritis iuuemur omne per euum.

¶ Construe. Unde nunc noster chorus. fratrũ nostrorum. canit hũc hymnũ in honore illius confessoris. libenter. i. voluntarie. vt iuuemur piis meritis ꝛ patrocinijs. ꝛ orationibus eius. per oẽ euũ. i. per cuncta secula.

Sit laus illi decus atqꝫ virtus qui supra celi residens cacumen totius mũdi machinam gubernat trinus et vnus. Amen.

¶ Construe. Laus. idest gloria. decus. i. honor. atqꝫ virtus illi deo. q̃ residẽs est super cacumen. i. supra ceptrũ celi. trinus in ꝑsonis. ꝛ vnus in deitate substantie. qui gubernat machinã. i. fabricam totius mundi.

IEsu redemptor oĩn perpes corona prelium in hac dei clementius nostris faueto vocibus.

¶ Construe. O iesu redemptor. idest liberator oĩm. s. hoĩm. tu es ꝑpes corona. idest perpetua gloria presulum. i. cõfessorum. tu faueto. i. fauorẽ prebeto. nostris vocibus. idest cantibus. clementius. idest clementer. in hac die. idest in festiuitate huius confessoris.

Tu sacri quia nominis confessor almus claruit cuius celebrat annua deuota plebs solemnia.

¶ Construe. Qua. idest in qua die. almus confessor tui sacri nominis claruit. idest in claritatem dei ascendit. annua solennia. idest festa. cuius. scꝫ confessoris. deuota plebs. idest populus christianus cum magna deuotione celebrat. idest celebrando colit.

Qui rite mundi gaudia huius caduca respuens: cum angelis celestibus letis potitur premiis.

¶ Construe. Qui. scꝫ cõfessor. respuẽt. i. refutãt. rite. i. debite. caduca. idest transitoria gaudia huius mundi. potitur. i. vtitur vel fruitur. letis premijs cũ magna leticia. cum celestibus angelis.

Huius benigne annue: nobis sequi vestigia: huius precatu seruulis: dimitte noxam criminis.

¶ Construe. O christe. annue. i. concede. benigne. i. clemẽter nobis. s. hunc hymnum canentibus. sequi. idest ꝙ sequamur. vestigia. i. exempla bonorũ operum. huius confessoris. ꝛ dimitte. idest indulge. nobis seruulis. idest tibi seruientibus. noxam. idest culpam. criminis. idest peccati. precatu. idest rogatu. huius. scilicet confessoris.

VIrginis proles opiferqꝫ matris. virgo quẽ gessit peperitqꝫ virgo: virginis festum canimus tro-

pheum accipe votum.

¶ Materia huius hymni est canere deo laudes et sequi vestigia eius. et cōmemoratio sanctarum virginum. ¶ Construe. O proles. idest fili marie. qȝ pro et. opifex. idest creator. quem scilicet te. virgo scilicet maria gessit. idest portauit. virgo scilicet maria peperit. idest parturit te nos canimus festū virginis. trophoeum. idest victoriam. ideo accipe. idest suscipe votum. idest preces nostras.

Hec tua virgo duplici beata: sorte dum gessit fragilē domare corporis sexum domuit cruentum corpore sexum.

¶ Construe. Hec tua virgo est beata. duplici sorte. scilȝ castitate. et martyrio dum gessit laborauit. domare castigare fragilem sexum. idest naturam corporis. et illa domuit. idest deuicit. cruentum. idest crudelem. sexum. idest dyabolum corpore. vt Agatha.

Unde nec mortem nec amica mortis seua penarum genera pauescēs sanguine fuso meruit secreta scādere celi.

¶ Construe. Unde nec fuit pauiscens. idest timens mortem. nec seua genera penarum: nec fuit amica mortis. idest dyaboli vel peccati. ideo sanguine fuso. idest consummato martyrio. ipsa meruit scandere secreta celi. idest ad celos.

Huius obtētu deus alme nostris: parce iam culpis vitia remittens: quo tibi resonemus almū pectoris hymnum.

¶ Construe. O alme deus parce iam culpis. i. peccatis. obtentu. prece huius. scȝ virginis: et tu remittēs vitia. quo pro vt. nos puri resonemus tibi almum hymnum. i. canticum sanctum cantemus ad laudem tuam.

Gloria tibi domine qui natus ⁊c.

IEsu corona virginum quem mater illa cōcepit que sola virgo parturit hec vota clemens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deum in commemoratione sanctarum virginum. ⁊c. ¶ Construe. O iesu corona virginum. quem. i. te illa mater concepit. scȝ maria. que sola mater inter alias virgo parturit: tu clemens accipe. i. suscipe hec vota nostra. idest has preces.

Qui pascis inter lilia septus choreis virginum spōsas decorans gloria sponsisqȝ reddens premia.

¶ Construe. Tu pascis. idest delectaris. inter lilia. idest bona opera. septus. idest circūdatus. choreis. idest ordinibus virginum. et decorans sponsas gloria. et reddens sponsis premia.

Quocūq3 pergis virgines sequūtur atq3 laudibus post te canentes cursitant hymnosq3 dulces personant.

¶ Construe. Quocunq3 pergis. idest ad quemcunq3 locum pergis. ille virgines sequuntur te. atq3 canentes cursitant. idest currunt post te. laudibus. et personant dulces hymnos.

Te deprecamur largius nostris ad auge sensibus: nescire prorsus oīa corruptionis vulnera. ¶ Presta. &c.

¶ Construe. Ergo nos precamur te ad auge largius. i. amplius. nr̄is sensibus. et da prorsus. i. oīno. nobis oībus nescire vulnera corruptionis.

Gloria laus et honor tibi sit rex christe redemptor: puerile decus prompsi osanna pium.

¶ Iste hymnus ad processionem canitur ipso die palmarū in quo tractatur laus iesu xp̄i. qui longius repetitur. primo a pueris hac die. Osanna canentibus. Deinde a meritis personalibus iesu. Tertio a diuersis creaturis. descendēdo tādem ad hebreos siue iudeos. qui hoc die specialē dn̄o honorem exhibuerunt. et nos similiter facere conamur. vt placeamus dn̄o sicut et iudei in illo placuerunt eidem. ¶ Construe. O rex xp̄e redēptor noster. gloria laus et honor sit tibi (Resumendo verbum sit ad quemlibet nem̄) Cui. s. xp̄o puerile decus. idest puerorum reuerentia tibi occurrētium. in introitu tuo in hierusalem. prompsit. decantauit seu promulgauit et dixit. pium osanna. idest plenum pietatis. vel obsecro. vel sanctifica. scilicet mundum. quod pueri a domino optarunt nobis fieri.

Israel es tu rex dauidis et inclyta proles. Nomine qui in domini rex benedicte venis.

¶ Laudatur hic christus a meritis propriis. ¶ Construe. O bn̄dicte rex iesu christe. tu es rex israel. sc3 populi israelitici. et inclyta proles. idest clara et nobis. dauidis. sc3 regis. vt patet ibi Liber generationis. (dauidis medis producta. ita etiam habet mensura versus. et hoc bene Licet q̄ propria nomina etiam in mediis syllabis ponuntur ad placitum) qui venis. scilicet hodierna die in ciuitatem hierusalem passurus pro nobis miseris peccatoribus in nomine domini. idest in virtute dei patris. &c. Vel sic potest exponi. Rex israel. idest rex populi celestis. videntes deum. dauidis. scilicet dei patris. venis. idest descendis. sc3 de sinu dei patris. in hunc mundum. missus est eodē patre redimendum nos.

Cetus in excelsis te laudat celitus omnis. Et mortalis homo cuncta creata simul.

¶ Hic refert autor quomodo dominus noster iesus christus laudat ab omnibus creaturis. vt per hoc nos inducat ad laudandum eundem dominum.

¶ Construe. Oīs celicus cetus. i. celestis turba. laudet te. s. xp̄m. in excelsis idest in celis. Et mortalis homo. idest corruptibilis siue potens mori. ⁊ cūcta creata. idest oēs relique creature. simul. i. pariter laudant te. Et etiam hodie cui rei memoria pro nunc in ecclesia celebratur.

Plebs hebrea tibi cum palmis obuiam venit. Cum prece voto hymnis assumus ecce melos.

¶ Construe. Plebs hebrea. i. iudaicus populus. venit obuiā. i. in occursū tibi. s. venienti in ciuitate hierusalē. cū palmis et ramis arborū. ad honorem tuū stratis in via. ecce nos similiter assumus. i. presentes sumus tibi. cū prece. i. oratione. votó. i. desiderio. ⁊ hymnis. i. cāticis (quasi dicat) nos similiter hodie te xp̄m redemptorē nostrū. quantū in nobis est laudare volumus.

Hi tibi passuro soluebant munera laudis. Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

¶ Construe. Hi supple hebrei siue iudei. soluebant. i. reddebant et exhibebant tibi passuro. qui pati adhuc debebas munera. i. debita laudis. s. reuerētie et honoris. patri forma. ecce nos pangimus. i. decantamus tibi regnanti modo. i. iam in celis. melos. i. dulce canticum laudis.

Hi placuere tibi placeat deuotio nostra. Rex pie rex clemens cui bona cuncta placent.

¶ Construe. O pie rex. i. benigne. et o clemens rex. i. mitis. cui cūcta bona. placent. i. queqꝫ officia laudis bona mente exhibita accepta sunt. nostra deuotio. i. supplex oratio. placeat. i. gratia sit tibi. eo modo quo hi. i. hebrei placuere tibi. per suū obsequium reuerentie. ¶ Sunt ꝙplures versus: sed illi non cantantur in ecclesia. ideo hic premittuntur.

Inuentor rutili dux bone luminis: qui certis vicib⁹ tempora diuidis: merso sole choas ingruit horridū lumen redde tuis christifidelibus.

¶ Materia hymni est ignis. Deus tuus ignis consumens est. Et oēs transferentes se scd̄m aliquam similitudinem transferunt se. ignis autem proprietas deo cōpetere potest. quare deus conuenienter assimilatur igni. ⁊c̄. Et sic in vigilia pasche ecclesia ignem excitat de silice vel petra. significans christū esse lumen in petra repositum sequenti die excitari. rogans nos conseruari in agnitione veri luminis. qui est xp̄s. ¶ Construe. O bone dux xp̄e. scꝫ existens inuentor rutili luminis. i. fulgentis lucis. per creationē solis et lune et totius firmamenti. qui diuidis. i. distinguis siue ordinas tempora. s. dies annos et menses. ⁊c̄. certis vicibus. i. debita ⁊ conuenienti alteratione vel ordinatione. horridum chaos. i. horribilis confusio. ingruit. i. incidit merso sole. scilꝫ te xp̄o occiso et in monumento reposito. qui es v. rus sol. erga o christe

redde. scȝ per resurrectionem tuam. tuis fidelibus. i. xp̄ianis lumen. scilicet gratie vel agnitionem vere fidei.

Quamuis innumero sydere regiā: lunariq; polum lampade pinxeris: incussu silicis lumina nos tamen mōstras saxigeno semine querere.

¶ Construe. O xp̄e q̄uis pinxeris. i. ornaueris. regiā. i. regalem domū tuā innumero sydere. i. infinitis stellis. quo ad nos saltem. q; ꝓ et. pinxeris. idest ornaueris polum. i. celum lunari: lampade. i. cum lumine ipsius lune lāpas cōtinens. tn̄ monstras. i. ostendis vel doces nos xp̄ianos incussu. i. cōcussione silicis. querere. idest querendo inuenire. lumina. i. ignes illuminosos. saxigeno semine. i. ex natura lapidis vel saxi. et hoc litteraliter, sed mystice exponitur dupliciter. Primo sic. Doces nos querere lumen. i. gratiā. ex concussu silicis saxigeno semine. i. de xp̄o. qui petra vel saxū dr̄. Aliomodo. Doces nos querere lumen. idest contritionem peccatorum et concussu silicis saxigeno semine. i. ex indurato corde in peccatis.

Ne nesciret homo spem sibi luminis: in christi solido corpore cōditam: qui dicit stabilem se voluit petram nostris igniculis vnde genus venit.

¶ Construe. Et q: virtus conseruat membra per influentiam capitis. ideo. Ne homo nesciret. i. cognosceret (q: due negationes faciunt vnā affirmationem) spem luminis. et vere beatitudinis. esse inditā conditam. sibi. i. ad suā vtilitatem in solido. in firmo corpore christi. qui xp̄s voluit. i. precepit se dici. idest vocari. stabulem petram. idest firmū fundamentū. vnde. idest de qua petra vel christo. genus. idest origo luminis. venit. i. aduenit nr̄is igniculis. idest ignibus nostre fidei (que ex petra. s. xp̄o excussa est.

Pinguis quos olei rore madentibus lichnis: ac facibus pascimus aridis quin et fila fauis cyrpea floribus presso messe prius collita pingimus.

¶ Cōstrue. Quos. s. igniculos. pascimus. i. cōseruamus & nutrim9. lichnis madētibus. i. filis humie factis. rore. i. pinguedine. pinguis olei. ac ꝓ et pascimus igniculos. aridis facibus. idest siccis lignis. scȝ appositis quin. idest insuper pingimus. i. componimus. fila cyrpea. i. de cyrpo vel huiusmodi iunco facta collita. idest intincta. floribus. idest florentibus rebus. et fauis. idest cum cera quam apes de floribus sumpserunt. melle. i. examine apum. presso idest extracta. prius. idest antea.

Viuax flamma viget seu caua testula succum lintheolo suggerit ebrio seu pinu picem fert almoniam seu ceram teretem stuppa calens bibit.

2

¶ Construe. Non tantū nutritur ignis per cerā a floribus ꝛ fauo expressam: sed etiam. Viuax flamma. idest ardens teda in igne. vigeli prestat ꝛ in vigore manet seu. i. sicut fit qñ vas suggerit. vel administrat. lintheolo. i. paruo lineo panno. brio. idest humefacto. vel oleo perfuso. succum. idest liquorē vel alimentum. seu. i. supple viuax flamma vigit sicut pinus. talis arbor. profert idest administrat picem. illum humorem viscosum. alimoniā. idest in nutrimentis. scꝫ ipsi igni. seu. i. vel viuax flamma viget sicut stupa. s. extensa. que fit ex superfluo canopi vel ligni calens. i. ardēs vel incensa. bibit. idest attrahit vel assumit. ceram teretem. idest ceream candelam rotundam. ¶ Nota teres teretis. omnis generis. est rotundum sicut hasta vel candela. sed rotūdus rotunda dum. dicitur sphericum velut pomum. Unde. Hastam dic teretem. pomum. dic esse rotundam.

O rex digna deus quam roside noctis principio grex tuus offerat luce quā tribus nil preciosus luce qua reliqua premia cernimus.

¶ Construe. O deus supple tu existens res digna. luce. i. lumine. quā sicut in spiritualibus simplicissimū ens est deus. sic inter corporalia vel materialia subtilissimū est ignis. ꝛ lux quā. s. lucem tuus grex. i. tuus fidelis electus populus offerat tibi. tanq̄ pro sacroficio. principio. i. initio noctis roside. i. graciose odorifere noctis. quam. s. lucem tu deus tribuis. i. donas nobis. nil. i. nichil est preciosus. i. dignius luce. s. vera. tum q: est prima rerū creatarū. tum quia mediante luce videmus reliqua bona creata. q: lux est ratio videndi. et ergo dicit qua luce cernimus. i. videmus. reliqua. i. cetera alia entia.

Tu lux vera oculis lux quoqꝫ sensibus intus tu speculuꝫ tu foris lumen tu famulans offero suscipe tinctum pacifici chrismatis vnguine.

¶ Quemadmodū autē lux vel ignis ad quoddā mediū videndi corporalis. sic deus est medium vidēdi spūalia. ꝛ hoc est qḋ dicit. ¶ Construe. O deus tu es vera lux oculis. s. spūalibus sanctorꝫ in patria rōne deitas. quoqꝫ pro ꝛ. o deus tu es lux sensibus. i. oculis carnalibus p tui sācrissimi corpis resurrectionem rōne humanitatis. qbus oculis fruentur in pr̄ia. oēs sancti. ꝛ o deus tu es speculū intus. i. interiorꝫ ꝛ spūaliū oculorꝫ. s. per grārū infusionē. que relucent ꝛ resplendent in nobis. ꝛ o deus tu es speculū foris. i. ab extra. s. oculorꝫ corporaliū gratia visio. ꝛ hoc p miraculorꝫ ostensionē. ꝛ o deus tu suscipe idest accipe. lumē ex silice excussum. qḋ. s. lumē ego famulās. i. seruiēs. offero tibi. s. tanq̄ pro sacrificio. ꝛ o deus suscipe lumen tinctū. i. humefactū. vel aspersum vnguine. i. vnguēto pacifici chrismati. i. spūs sancti. vel eius liquoris ab effectu dicti. eo q pacem faciat inter deum et nos.

Splendent ergo tuis pater muneribus flammis mobilibus: scilicet atria absentemqꝫ diem lux agit emula nox

quam cum lacero victa fugit peplo.

Construc. Et sic suscepto sacrificio o pater in diuinis. atria. s. tua. i. templa in quibus modo constituisti. tuis muneribus. i. donis datis. s. docendo ignem excutere ex silice. et fouere. atria dico. splendent. i. lucent. mobilibus flammis epiteton perpetuum (flamma enim semper monetur) quam per lux. i. splendor. s. solis agit. i. causat absentem diem. s. per radiorum extensionem. quam. s. lucem emula nox. i. contraria diei existens. victa. i. superata. s. a luce. fugit. i. cepit. cum lacero peplo. idest obscuro velamine. scilicet tenebrarum. vel mystice diem pro nouo testamento et noctem pro veteri capere quis potest.

Per christum genitum summe pater tuum in quo inuisibilis stat tibi gloria qui noster dominus qui tuus vnicus speras patrio corde paraclytum.

Construc. Et grata sint et gratificat laudat dignitatem dicens. O summe pater suscipe tinctum lumen et accensum. per christum genitum tuum. i. propter filium tuum. in quo filio. inuisibilis gloria. i. non apparens. sed occulta. stat. i. manet tibi patri. qui scilicet christus est noster dominus per emptionem et nature humane assumptionem. qui. s. christus est tuus vnicus filius. s. in tempore natus. et ab eterno genitus. et o summe pater spiras. i. emittis. de patrio corde tuo. s. cum filio. paraclytum. i. consolationem. vel spiritum sanctum.

Per quem splendor honor laus sapientia maiestas bonitas et pietas tua regnum continuat triplice numina teres perpetuis secula seculis.

Construc. Per quem. s. christum filium dei. splendor. s. eternus et honor et laus scilicet eterna continuat. i. dilatat et prolongat. regnum. scilicet tuum (quod est summi boni visio et fruitio. et per quem. s. christum. sapientia. i. prouidentia tua. et maiestas. i. imperium tuum vel potestas tua: et bonitas. s. tua. etc. continuat. i. perseueranter tenet regnum. s. celorum. et per quem christum tu summe pater es teres. i. disponens et pfatum ordinans. secula. i. tempora vel regna transitoria. perpetuis seculis. idest eternis temporibus et eternaliter. triplici numine. i. cum triplici persona vel maiestate diuinitatis. Fata enim regunt mundum. et omnia stant sub certa lege.

Salue festa dies toto venerabilis euo. Quia deus infernum vicit et astra tenent.

Istud est dictamen suauissimum. in quo autor dirigit sermonem suum ad diem pasche salutans et recommendans illum de his que in ea acta sunt. deducens quomodo omnia terre nascentia circa hoc tempus sanctum congratulentur domino resurgenti in eodem die. quomodo nemus. gramina. etc. fauent vt patebit. Construc. sic. O festa dies. i. celebris dies pasche. salua. i. sis salutata. venerabilis. idest celebris. toto euo. idest semper et imperpetuum. Et subdit autor ratio-

nem dicens. Quia. s. die deus. i. dominus noster iesus xps. vicit. i. supauit. infernum. idest tartarum. s. redimendo patres ex eo et tenet astra. i. habitat in celis. quia ipse regnat in celis & dominatur astris.

Ecce renascentis testatur gratia mundi. Omnia cum domino dona reddisse suo.

¶ Construe. Et ecce gratia renascentis. i. dispositio bona productiua terre nascentiū illius mūdi inferioris: qm̄ illa terrena scientia post frigora quibus perierunt. denuo incipiūt. crescere et reuiuiscere testatur. i. testimoniū dat. & ostendit oīa dona. i. munera. sua. s. gramina. folia. flores. & fructus reddisse. idest restituta esse cū suo domino illo qui a pylato crucifixus mortuus. &c. in hac die redisse. i. resurrexisse vere perhibetur. ¶ Et ita vult autor dicere. q sicut dominus mortuus hodie resurrexit. ita similiter terre nascentia mortua per hyemē iam videntur renasci & resurgere. & resurrectioni dominice congratulari sicut patebit infra certius.

Namqꝫ triumphanti post tristia tartara christo. Undiqꝫ fronde nemus gramina flore fauent.

¶ Cōstrue. Namqꝫ & q. gramina. i. herbe siue terre nascentia. fauēt. i. arridēt congaudent. vndiqꝫ. i. vbiqꝫ siue in oī tpe. flore suo quē producūt vel flore. idest floribus ponendo singulari pro plurali & nemus. i. silua fauent (ita q sit hypozeugma: quia hoc verbū fauet in fine positū confirmatur posteriorī ntō. scꝫ graminis) fronde. i. frondibus et foliis. xpo iesu triumphanti. qui mō vt victor triumphat. post tristia tartara: mesta & desolata: qꝫ iam dn̄m nostrū iesum christum eff acta est et superata. Item nemus locum dicit arboribus multis consitum. et exponi potest nemus. idest arbores intelligendo contentum pro continente per methonomiam.

Legibus inferni oppressus super astra meantē. Laudāt rite deum lux polus arua fretum.

¶ Iste versus seruit magis pro die ascēsionis domini. Et est sentētia talis.
¶ Construe. Lux idest charitas luminariū lucētiū sup terrā. vel in pulchritudo aeris iā existēs. polus. i. celū seu curia celestis. arua cāpi et prata. fretum mare et aque. laudant. i. honorāt suo felici et leto statu gratulātia. rite. i. legaliter & debite: iesum xp̄m meantē. i. ambulantē. sup astra. i. orbes et loca astrorum. hoc est laudāt xp̄m qui iam ascendit ad celos. & hoc dico. legibus. idest iuribus. inferni oppressis. i. conculcatis et suppleditatis. &c.

Quia crucifixus erat deus ecce per omnia regnat. Dantqꝫ creatori cuncta creata precem.

¶ Construe. Ecce deus et homo. s. xps. qui erat crucifixus ꝓ nobis. i. crucifixus pro nobis. regnat. i. dn̄atur iam. per oīa. i. sup oīa. qꝫ ꝓ &. cuncta creata. i. oēs creature. dans eidē crucifixo. creatori suo precem. i. laudem.

¶ Explicit.

¶ Sequuntur hymni quam plures in precedenti libro deficientes. Et primo de venerabilissimo sacramento eucharistie. idest corpus christi.

Sacris solenniis iuncta sint gaudia et ex precordiis sonent preconia recedant vetera noua sint omnia corda voces et opera.

¶ Iste hymnus cantatur in profesto corporis christi. In quo autor nos hortatur ad exultationem spiritualem. et ad debitam reuerentiam et cernuã venerationem tanti et tam venerabilissimi sacramenti eucharistie. vt patebit. ¶ Huius sacramenti figura processit quando manna pluit deus patribus in deserto qui quotidiano celi pascebantur alimento. Unde dictum est. Panem angelorum manducauit homo. Sed illum panem manducantes mortui sunt. Iste autem panis quem christus legifer noster dedit et dat nobis fidelibus. viuus est qui de celo descendit vite eterne substantiã ministrat. etc. Unde vt artius eius charitatis immensitas cordibus infigeretur fidelium. In vltima cena de quo mysterio. Hymnographus faturum a pascha cum discipulis suis celebrato. Christus transiturus de hoc mundo ad patrem istud sacramentũ instituit tanquam passionis sue memoriale perenne. figurarum veterum impletiuum. miraculorum ab ipso factorum maximum. et de sua absentia contristatis solatium singulare. Conuenit itaque deuotioni christicolarũ recoleri solenniter institutionem tam saluiferi. tam mirabilis sacramenti. vt ineffabilem modum presentie in sacramento visibili veneremur. et laudetur dei potentia. que in eodem sacramento tot mirabilia operatur. necnon et de tam salubris tanquam suauis sacramenti institutione deo referantur debite gratiarum actiones. Quod autem (Sacramentum sit sacre rei signum. vt dicitur. iiij. sententiarum) Et quod sumitur corporaliter et sacramentaliter. etc. iam omittitur declaratio. sed discretione dydasculorum hymni dicorum constructionem faciendorum committitur. et ad rudes scholiphetas ad solem litteralem (salua allegoria mystica) expositionem imposterũ (prout facultas suppetit) pro cessurus. ¶ Construc. Gaudia subaudi nostra. idest exultationes spirituales. sint iuncta. i. annexe. sacris solenniis. idest sacrosanctis solennitatibus. festo corporis christi. et preconia. idest laude hymni canorum. sonẽt. idest sonum dent. scilicet venerabili sacramento. ex precordiis. idest ex intimis nostris precordialibus. vetera. idest holocausta veteris testamenti. vel saltem fermenta aut peccata. recedant. scilicet a nobis. et omnia sint noua. scilicet a christo instituta. Uel sic. Corda. idest cogitationes cordis. voces. i. oris sentus. et opera. idest consensus operis. sint noua. i. de nouo et emendata mundata ad reuerentiam venerabilis sacramenti. etc.

Noctis recollitur cena nouissima qua christus creditur agnum et azima dedisse fratribus iuxta legitima priscis indulta patribus.

¶ Hic legifer noster facit cenam in vltima nocte ante eius passionem. ¶ Construe. Nouissima. idest vltima cena noctis recollitur. idest recordatur. qua. idest in qua cena christus creditur dedisse. idest comedisse agnum. scz paschalem. ⁊ azima. idest sincera. quasi panem sine fermento. fratribus. idest discipulis suis (quia in xpo fratres sumus) iuxta indulta legitima. i. legalem cõsuetudinem iudeorum. supple a priscis. idest veteribus patribus. Ut dr in libro Deutronomij.

Post agnum typicum expletis epulis corpus dominicuz datum discipulis sic totum omnibus quod totum singulis eius fatemur manibus.

¶ Construe. Expletis epulis (epule arum. idest fercula) in cena facta. post agnum typicum. idest figuratum ⁊ paschalem. nos fatemur. idest ꝯfitemur fideliter corpus dominicum. idest christi datum discipulis. s. duodecim. manibus. scz proprijs xpi sic. i. tantum supple dedit se totum omnibus. quod. scz corpus dedit totum. idest totaliter singulis. i. vnicuiqꝫ singulariter (subaudi) non tamen minuitur.

Dedit fragilibus corporis ferculum dedit et tristibus sanguinis poculum dicens accipite quod trado vasculũ omnes ex eo bibite.

¶ Hic christus offert discipulis carnem suam ad manducãdum. ⁊ sanguinẽ suum potãdum. ⁊c. ¶ Construe. Supple christus dedit fragilibus. idest debilibus. in carne ferculum. idest corpus suum. et dedit tristibus. scilicet propter mortem suam poculum. idest potum. sanguinis sui. dicens accipite vasculum. idest calicem quod vasculum trado vobis. scilz discipulis. et omnes supple duodecim. bibite ex eo. idest calice.

Sic sacrificium instituit cuius officium committi voluit solis presbyteris quibus sic congruit: vt sumant et dent ceteris.

¶ Hic reprehendũtur oẽs heretici. vt Rokezan Husch. ⁊ Bohemi. ⁊c. qui nõ solum hoibus nõ cõcessis. immo ⁊ pueris corpus dñicũ sub vtraqꝫ specie ministrant. ¶ Construe. Supple xps instituit. i. cõfirmauit sacrificium. i. sacramentum eukaristie. sic. i. tali modo. cuius. i. xpi officiũ vtendi taliter. voluit. idest placuit cõmitti. s. imposterũ. solis presbyteris (et hoc legitime ordinatis) quibus congruit. idest conuenit. vt sumat. i. manducant. s. vnũ corpus vtraqꝫ specie. ⁊ dent ceteris. s. fidelibus. sub vnica.

Panis angelicus fit panis hominum dat panis celitus figuris terminum: o res mirabilis mãducat dominũ: pauper seruus et humilis.

¶ Construe. Panis angelicus. idest angelorum. fit panis hoim. terrestriũ. fidelium. ⁊ panis celitus. i. celestis. xp̄s dat terminum. idest finẽ figuris typicis veteris testamenti. o mirabilis res prospicua. et laudabilis. quia pauper spiritu. seruus in fide. ⁊ humilis corde. mãducat. idest corporaliter ⁊ sacramentaliter sumit dñm. i. corpus dñicum.

Te trina deitas vnaqꝫ poscimus sicut nos visitas sit te recolimus per tuas semitas duc nos quo tendimus ad lucẽ quam inhabitas.

¶ Construe. O deitas existens vna. in essentia. trina. s. in personis. nos poscimus. i. petimus te vt sicut te visitas nos. i. xp̄i fideles in presentia sacramẽtali. vt sic nos recolimus te. per humilem deuotionem. ⁊ tu deus duc. i. perduc nos per tuas semitas. idest rectas. ⁊ arctas vias. illuc. quo. i. ad qd tendimus. i. cupimus. ad lucẽ. s. eternã. quã inhabitas. s. perenniter.

¶ De eodem festo ad matutinas.

Pange linguã gloriosi corporis mysterium sanguinisqꝫ preciosi quem in mundi precium: fructus vẽtris generosi rex effudit gentium.

¶ Iste hymnus cantatur ad matutinas ad reuerentiam venerabilis sacramenti. ⁊ est quodãmodo idem et eiusdem materie cũ precedenti. ⁊c. ¶ Construe. O lingua. scꝫ humana. pange. idest cane mysterium. i. diuinum secretum. vel absconditum sacramentum. gloriosi corporis. s. xp̄i. qꝫ p ⁊. preciosi. i. precio digni sanguinis. s. xp̄i. quem sanguinem. rex gentiũ. xp̄s existens. fructus. i. filius. generosi ventris. i. nobilis alui. marie virginis effudit. i. sparsit in cruce. in precium. i. redemptionẽm mundi. s. huius.

Nobis datus nobis natus ex intacta virgine ⁊ in mundo conuersatus sparso verbi semine sui moras incolatus miro clausit ordine.

¶ Construe. Christus est. datus nobis. a patre. natus. idest genitus nobis. ex intacta. i. incorrupta virgine maria. ⁊ conuersatus. i. conuersabilis in mũdo. scꝫ presenti. sparso semine verbi. i. predicante verbum diuinũ. ⁊ christus clausit moras. i. perseuerantias sui incolatus. idest habitationis proprie miro ordine vite sue.

Verbũ caro panem verũ verbo carnem efficit: fitqꝫ sanguis christi merum etsi sensus deficit ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit.

¶ Construe. Verbum caro. scꝫ factum. idest filius dei christus. efficit. idest conficit. carnem. idest corpus suum. verum panem. idest immortalem celestem. verbo. idest consecratione. dicens hoc est corpus meum. ⁊ merum. idest vinum. fit sanguis christi. et si sensus. scꝫ hominis deficit. i. non percipit. sola fides. idest firma sufficit. i. satis est. ad firmandum. idest confirmãdum cor sincerum. fidelem hominem.

Tantum ergo sacramentum veneremur cernui: et antiquum documentum nouo cedat ritui: prestat fides supplementum sensuum defectui.

¶ Construe. Quia caro christi vere cibus est. et sanguis vere potus. Ideo nos cernui. idest humiles. proni veneremur. idest adoremus. tantum sacramentum. idest tam sacram mentem. vel inuisibilem formam. vt dicitur quarto sententiarum et antiquum. idest vetus documentum. holocaustum iudeorum figuratum. cedat. idest locũ det. nouo ritui. idest firmiori. et rectiori mori christi legi... nostri. et si rem non noueris fides. scilicet christi firma. prestat supplem... tum. idest completionem dat. defectui carẽtium sensuum. idest intellectus exterioris.

Genitori genitoqꝫ laus et iubilatio: salus honor virtus quoqꝫ sit et benedictio procedenti ab vtroqꝫ compar sit laudatio.

¶ Refert hic hymnographus gratiarum actiones sancte trinitati. dicens sit Laus et iubilatio. quoqꝫ pro et. virtus. sit genitori. idest patri. qꝫ pro et. genito. idest filio. et benedictio. idest gratiarum actio sit procedenti ab vtroqꝫ. idest a patre et filio. idest spiritui sancto et compar laudatio sit. scilicet vni deo in tribus personis. Amen.

¶ In laudibus ⁊ secundis vesperis.

Verbum supernum prodiens nec patris linquẽs dexteram: ad opus suum exiens: venit ad vite vesperum.

¶ Iste hymnus similiter canitur in die Corporis christi. ⁊ est eiusdẽ materie cum precedentibus. Demonstrans qualiter. Legifer christus exiẽs a patre

idest a summo celo egressus ad nos. scz ad vesperam vite et examinauit se=
metipsum formam serui induens. faciens se socium nobis in humana carne
vt nos perditos redimeret per suam passionē. dans nobis illam pro memo=
riali tanꝗ vltimum eius testamentum instituens. vt patebit. ¶ Construe.
Verbū supernū. i. filius dei altissimi. prodiens. i. deueniēs. ꝛ apparēs nobis
nec linquens. i. non dimittens: dexterā. idest cessionem. ꝛ sedē patris. s. eius
oīpotentis. ꝛ exiens ad opus suum. hoc est ad passionem sufferendā pro no=
bis peccatoribus. venit ad vesperam. i. tempus ꝛ vltimam horam vite. idest
huius mundi. idest ad cenam noctis. ꝛc̄.

In mortem a discipulis suis tradendus emulis prius in vite ferculo: se tradidit discipulis.

¶ Construe. Supple christus veniens ad vite vesperā. prius. i. priusꝗ tra=
dendus esset a discipulo. iuda a suis emulis. idest inuidijs iudeoꝝ. in mortē.
scz corporalem tradidit. idest dedit se ad manducandum discipulis. scz suis.
in ferculo. idest cibo vite.

Quibus sub bina specie carnem dedit et sanguinē vt duplici substantie totum cibaret hominum.

¶ Construe. Quibus. scz duodecim discipulis. christus dedit carnem. scz in
cibum. et sanguinem suum in potum. sub bina specie (quia fuerunt iam ordi
nati presbyteri) vt cibaret totum hominem duplici substantie. scilicet huma=
nitatis et diuinitatis.

Se nascens dedit socium conuescens in edulium: se moriens in precium se regnans dat in premium.

¶ Construe. Christus nascens. idest nascēdo. dedit se sociū. in humana car
ne. et conuescens. i. simul comedens cum discipulis. dedit se in edulium. i. in
cibum ꝛ pregustiuā escā. ꝛ christus moriens dedit se in precium. i. redēptio=
nem nostram. et iam regnans. in celis dat se. nobis fidelibus. in premiū. id=
est in meritum sempiternum.

O salutaris hostia que celi pandis hostium bella premūt hostilia da robur fer auxilium.

¶ Construe. O salutaris hostia. idest salutifera victima. ꝗ pandis. i. aperis
hostium. i. ianuā. celi. i. paradisi celestis. da nobis robur. idest fortitudinem
resistendi dyabolo. et fer. i. concede auxilium. i. adiutorium. qz bella hostia. i.
tristia iurgia hostis. premunt. i. vrgent nos peccatores.

Vni trino qz dño sit sempiterna gloria qui vitā sine termino nobis donet in patria. Amen.

¶ Construe. Sempiterna gloria. idest laus sit vni domino. in deitate. qz pro
et. trino. in personis. qui deus. donet nobis vitam sine termino. in patria. sci=
licet celesti. Amen.

¶ De festo transfigurationis dñi.
Ad primas vesperas hymnus.

Celestis formam glorie quaz spes querit ecclesie in monte xp̄s indicat quo supra solem emicat.

¶ Iste hymnus cantatur de transfiguratione dñi nostri iesu xp̄i. ¶ Nota q̄ christus (vt euangelica scripta demonstrat) assumpserat. Petrū ꝛ Jacobū ꝛ Johannem fratrē eius. ducēs eos in montē excelsum. ꝛ trāsfigurabat sc. ꝛc. Quid priuilegiorum habebant pre aliis discipulis. res est notoria apud solē nes nr̄os sacre pagine doctores. Quia multi sunt vocati. pauce vero electi. ꝛc. Et autem christus ante eos transfiguratus talis qualis futurus est tempore extremi iudicii. non q̄ pristinam faciei formam. ꝛ corporis humani veritatez amiserat. ꝛ aliud corpus saltem aereū vel spirituale assumpserit: sed vt euangelista dicit (qui scz iohannes veritatē semper vsq3 semper testatur) ꝛ resplēduit facies eius sicut sol. ꝛc. ¶ Sensus tamē est litteralis q̄ in hm̄oi trāsfiguratione dñi apparuerunt. Moyses et Helyas prophete. quibus sic per discipulos visis in charitate magna. Petrus dixit. Domine bonū est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum. Moysi vnum. Helye vnū. Similiter audita est vox pr̄is. Hic est filius meus dilectus. ꝛc. ¶ Construe. Christus indicat. i. demonstrat (tribus discipulis) formā. idest dispositionem et visionem. celestis glorie. idest gaudii (paradisi quia visio ꝛ facies christi est summum bonum et regnum celeste) quam. scz gloriam celestem. spes ecclesie. i. fides totius cōtionis populi. christianitatis quirit. petit. quo. idest tunc. quando supple christus emicat. idest replendet. scilicet discipulis. supra solem. idest vltra claritatem solis.

Res memoranda seculis: hic cum tribus discipulis cum moyse et helya grata promit eloquia.

¶ Construe. Res. scz hec est memoranda. i. mente reuoluenda. memorie digna seculis. idest nobis christifidelibus. quia hic. s. christus. p̄mit. idest ore loquitur profert seu manifestat. grata aloquia. idest diuinos sermones et visiones cū moyses et helya. idest cum illis prophetis veteris legis. cum. idest vnacū. tribus discipulis secū ductis ꝛ videntibus ꝛ audientibus.

Assistunt testes gratie legis atq3 prophetie de nube testimonium sonat patris ad filium.

¶ Construe. Testes. i. testimonia. gratie. scz celestis. atq3 p̄ ꝛ. legis. s. veteris. et prophete subaudi. moysi ꝛ helye: assistunt in trāsfiguratione dñi. testimoniū patris. i. vox dei oīpotentis. sonat. idest audita est de nube. i. de celo. ad filium. i. xp̄m dicens. hic est filius meus dilectus. ꝛc.

Glorificata facie christus claret hodie quis sit honor cre-

dentium deo pie fruentium.

¶ Construe. Christus. idest saluator noster. claret. idest apparet. scilicet tribus discipulis. hodie. scilicet in monte excelso. glorificata facie. idest visione et claritate diuina et hoc est christus talis apparuit. quis. idest qualis. honor. idest gloria. credentium. idest christi fidelium. et fruentium deo pie. sit. idest datur. hoc est christus apparuit in illa visione. qua fidelis fruuntur in regno celesti.

Visionis mysterium corda leuat fidelium vnde solenni gaudio clamat nostra deuotio.

¶ Construe. Mysterium. idest secretum visionis. scilicet diuine. per christum leuat sursum corda fidelium. idest christicolarum. vnde. idest ob hoc nostra deuotio. idest nostra humiliatio. clamat. idest pangit solenni gaudio. scilicet presentis diei.

Pater cū vnigenito ꝛ spiritu paraclyto vnus nobis hanc gloriam largire per presentiam. Amen.

¶ Construe. Pater. scȝ omnipotentis. cum vnigenito. idest filio ꝛ spūi paraclyto. i. spiritusancto. vnus. s. existens deus tu largire. i. largiendo cōcede. nobis hanc. gloriam. scȝ quam viderunt tres discipuli. per presentiam. idest presentialiter frui tecum in celo. Amen.

¶ Ad matutinas hymnus.

O Sator rerum reparator cui christe rex regum metuende censor ad preces nostras paritercꝫ laudes aspice gratis.

¶ Iste hymnus canitur infra matutinarum solennia. de trāsfiguratione dn̄i et est eiusdem materie cum precedenti. In quo auctor deū precatur nostras laudes. gratiose aspicere. illi. referens gratiarum actiones. ꝛc̄. ¶ Construe. O christe sator. idest creator rerum. s. oim̄ et reparator. cui. i. eternitatis. rex regum. s. omnium. ꝛ metuende. i. timende sensor. i. iudex secretorum omniū. aspice. i. aures benignas prebe. ad nostras preces. cꝫ pro et pariter. i. etiam ad laudes. i. ad hymnos. gratis. i. gratiose.

Noctis in cursu tibi vota laudum pangimus presta tibi sint vt apta noscꝫ concentu resoue perennis luminis auctor.

¶ Construe. Quia tu es rex regum. ideo nos pangimus. idest cantimus. tibi. idest christo. vota. idest desideria laudum. in cursu noctis. et presta. idest concede. vt nostra desideria sint apta. idest accepta tibi. cꝫ pro et. tu auctor.

idest creator perennis luminis. scilicet celestis refoue. idest recrea. iterum foue. nos idest christifideles cadentes contentu. idest concordantia vocum et symphonia.

Inter helyam moysemq; vates vt iubar solis facie reful gens candida veste niuis instar albe tu micuisti.

¶ Construe. Et tu refulgens. s. in monte transfiguratiōis. discipulis facie. i. aspectu. vt iubar. i. splendor solis. inter helyam et moysē. vates. idest prophetas. et tu micuisti. i. splendorem dedisti. candida veste. i. claritate diuina. instar. i. ad similitudinem. albe niuis. i. vt nix.

Tu dei patris patre teste proles cum sis sanctorū decus angelorū tu salus mundi via vita virtus crederis esse.

¶ Construe. Teste patre. idest pater celestis testimoniū dat. Hic est filius meus dilectus. tu es proles. i. filius dei patris oīpotentis. et cū pro quia. tu sis decus. i. honor sanctorū angelorum. s. celestium. tu crederis. firmiter diceris esse salus mundi huius. via et vita. s. eterna et virtus.

Gloria virtus sit tibi creator cuncta qui solus retines gubernas in throno regni sine fine regnans trinus et vnus. Amen.

¶ Reddit autor hic deo gratiarum actiōes. ¶ Construe. O creator. omniū. gloria. i. laus sit tibi. tu qui solus retines (mundum pugillo) cuncta. i. omnia. scz in tua potestate. et tu regnans. i. dominans. gubernas. i. regis. in throno. idest in celo. regni celestis sine fine. i. eternaliter. trinus in personis. et vnus in essentia. Amen. idest vere.

¶ Ad laudes et secundas vesperas.

O Nata lux de lumine iesu redemptor seculi dignare clemens supplicum laudes precesq; sumere.

¶ Iste hymnus canitur ad laudes et ad secundas vesperas de eodē festo. scilicet transfiguratione dominica. et est quodammodo eiusdem materie cū precedentibus. in quo nos autor monet ad debitam christi adorationem.

¶ Construe. O iesu redemptor seculi. idest mundi existens lux nata. idest filius genitus. de lumine. idest patre. tu clemens dignare. idest dignaris sumere laudes. idest hymnos. q; pro et. et preces. idest rogatus. supplicum. idest supplicantium deuote.

Qui carne quondā contegi dignatus es pro perditis nos membra confer effici tui beati corporis.

¶ Construe. O iesu christe. tu q; dignatus es cōtegi carne. i. incarnari ex vir

ginea carne marie quōdam. s. temporis. pro ꝑditis. s. hoībus. tu confer. idest concede nos effici. i. fieri membra tui beati corporis.

Pre sole vultu flammeus vt nix amictū candidus in mōte dignis testibus apparuisti conditor.

¶ Construe. O conditor. s. christe. tu apparuisti. i. visū te dedisti in claritate transfigurando. dignis testibus. i. tribus discipulis sanctis in mōte tabor existens flammeus vultu. idest preclarus aspectu. pre sole. i. vltra solem. ⁊ candidus. i. splendidus amictū. vt nix. i. sic lucens. ⁊c.

Uates alumnis additos tuis alumnis conferens vtrisqꝫ te diuinitus deum dedisti credere.

¶ Construe. Et tu sic iesu splendens alumnis additos vates. i. visuros prophetas. moysem ⁊ helyā. ⁊ conferēs tuis alūnis. s. discipulis: ⁊ dedisti. i. ostēdisti te credere deū. diuinitus. i. celitus. dico vtrisqꝫ alumnis.

Te vox paterna celitus suum vocauit filium quē nos fidei pectore regem fatemur glorie.

¶ Construe. O xp̄e in tua trāsfiguratione. Paterna vox vocauit te filiū suū celitus. i. de celo (dicēs Hic est filius meus dilectus. ⁊c̄.) quē. s. xp̄m. nos fatemur. i. ꝯfitemur regē glorie. s. eterne. fidei pectore. i. firma fide aīe.

Concede nobis quesumus almis micare moribus: vt ad polorum gaudia: bonis vehamur actibus.

¶ Construe. Et quia profitemur te regem glorie. ideo nos quesumus. idest petimus: concede. da nobis. supple vt possimus micare. idest splendere almis moribus. idest sanctis virtutibus (mores in plurali. idest virtutes) vt sic vehemur. idest ducemur supple per te christe. ad gaudia polorū. idest celorum. bonis actibus. scꝫ nostris.

Laudes tibi nos pāgimus eterne regum rex deus qui es trinus ⁊ vnus deus per cuncta regnans secula. Amen.

¶ Construe. Ideo O eterne deus rex regum nos pangimus. i. dicimus tibi laudes: qui es trinus ⁊ vnus deus regnans per cuncta secula. Amen.

¶ In festo dulcissimi nominis Jesu. Ad primas vesperas hymnus.

Exultet cor precordiis sonant iesu nomine precellit in deliciis omni plenum dulcedine.

¶ Iste hymnus cantatur septimo Idus Augusti. de dulcissimo noīe Jesu. In quo hymno Hymnographus declarat certam eius virtuositatem. In

quo quidã nomine leta mens transfertur. et terra iubilat diffusis gaudia plenus honore. ¶ Et quia heri celebrauimus. Jesum in celso montis vertice transfiguratum. Hodie in imis terris humiliatum. &c. In quo etiam nomine tota spes nostra christicolarum erigitur. fide. augetur. charitas diffunditur. summe & in diuidue trinitatis alma maiestatis magnifice cõmendatur. ¶ Et hoc dulcissimum nomen impositum est ei ab eterno. ab angelo. et a patre. Joseph. Ut habetur in legendis lectione. ¶ Construe. Et semper ablatiui absolute positi debent construi in principio vel in fine. nunq̃ in medio. Sonante nomine iesu. idest quando auditur sonare hoc nomẽ iesus. cor christifidelibus exultet. idest gratulatur. precordiis. idest extintimis precordialibus suis. quia ad plenum omni dulcedine. idest dulcore. et precellit. idest excedit. in delicijs. idest in omnibus delectationibus. scilicet omnem dulcedinem mundi.

Jesus confortãs miseros iesus qui sanat scelera iesus deterrens inferos iesus fugans mortifera.

¶ Constructio est plana. Jesus est confortant miseros. idest pauperes. & iesus est ille qui sanat. idest dimittit scelera. i. peccata hoim. Uel sic per aureã et elegantiarum regulam. Nomen sanat scelera qui est Jesus. sit in semine tuo qui est christus. est locus quod tullianum. &c. regula nota est. Et illud nomen Jesus. deterrens. idest per terrens. inferos. idest demones infernorũ. Jesus illud dulce est figurans mortifera. idest venefica. nostra opera dyabolica que nos mortificant.

Jesus sonans suauiter in metro prosa carmine: quando leuat nos alacriter mulcens suo solamine

¶ Construe iesus illud nomen est sonans suauiter. i. dulciter in metro. scilꝫ scriptum in prosa. i. prosaice dictum carmine. delectabili scriptura prolatum qd nomen Jesus est mulsens. idest mitigans. suo solamine. i. cõsolatione leuat sursum peccatores. alacriter. i. hylariter.

Nomen excelsum resonet iesu in ore omnium et cor cum voce consonet vt sanet omne vitium.

¶ Construe. Jesus hoc nomen excelsum. i. supernum resonet. idest iterum sonet. atq; iterum. in ore oim. i. xpifidelium. & cor. s. hominis. consonet idest simul accordet cum voce. idest sono. hoc est. q cor hominis. s. interius debet simul concordari cum voce. i. exterius. vt sic iesus sanet. i. purget. omne vicium. idest periculum corporis & anime.

Jesus salus peccãtium: ad esto nostris precibus sis directorerrantium: & parce nostris actibus.

¶ Construe. O iesu salus peccantium. scꝫ hominum peccatorũ remedium. adesto. idest presens sis nostris precibus. idest orationibus. et sis director. idest vie recte ductor. errantium. idest deuiantium. scꝫ a lege tua. parce. idest

indulge nostris actibus. idest peccatis.

Nomen tuum nos muniat preseruans a periculis: et in bonis perficiat amotis culpe maculis.

¶ Construe. Nomen tuum. i. iesus. muniat. i. defensaculum faciat. i. defendat. et preseruans. i. custodiens a periculis malis. et perficiat. i. perfectos faciat nos in bonis operibus. amotis maculis. i. sedulis petis nostris.

Tibi christe sit gloria fulgens hoc sacro nomine honor tuus sit latria iesu benigne domine.

¶ Construe. O christe iesu fulgens hoc sacro nomine. s. iesu proprio. gloria. idest laus sit tibi. et o benigne domine iesu. honor tuus sit latria. idest adoratio sit tibi latrie. ¶ Nota quod triplex est (vt dicit doctor Ales) adoratio. Nam latria. et illa sola. deo soli adoratur. Dulia. et illa virgini marie virgini attribuitur. Hiperdulia. et ita omnes sancti et crux et claui christi: et christi et reliquie venerantur.

Gloria tibi domine: qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

¶ Autor refert hic gratiarum actiones dulcissimo. Jesu de sua incarnatione. qua natus est pura virgine. ¶ Constructio est plana. O domine iesu christe. tu qui es natus. idest incarnatus. de virgine. scz sancta maria. gloria sit tibi cum patre. scilicet celestis. que pro et. cum sancto spiritu. in sempiterna secula. idest perenniter. Amen.

¶ Ad completorium canitur prosa. Alma chorus etc. loco hymni quam require in expositione sequentiarum. ideo hic pretermittitur.

¶ Ad matutinas hymnus.

Iesu dulcis memoria dans vera cordis gaudia sed super mel et omnia dulcis eius presentia.

¶ Iste hymnus canitur ad matutinas in festo dulcissimi nominis iesu. In quo hymnographus multimodam ostendit virtuositatem huius nominis. Jesus Contulit enim cecis visum. surdis auditum. claudis gressum. sermonem mutis. vitam mortui. totamque dyaboli potestatem de obsessis corporibus virtus huius nominis effugauit. etc. ¶ Construe. O iesu dulcis memoria. idest in mente et firma morte hominis fidelis. tu es dans vera gaudia. idest exultationes spirituales cordis. scilicet nostri. sed presentia eius. s. tu. idest visitatio diuina. est dulcis. immo dulcissima super mel. idest vltra mel. et omnia

scilicet entis dulcedinem et bonitatem habentis.

Nil canitur suauius auditur nil iocundius nil cogitatur dulcius: quam iesus dei filius.

¶ Construe. Ideo dicit. Nil. i. nichil canitur. i. hymni loquitur. in ecclesiis vel extra. suauius. i. mitius. et nil auditur. i. aure percipitur. iocundius. i. hylarius. nil cogitatur. s. in mente hominis dulcius quam iesus. illud nomen. dei filius.

Iesu spes penitentibus quam pius es penitentibus quam bonus te querentibus sed quid inuenientibus.

¶ Construe. O iesu spes. idest salus penitentibus. i. penitentiam agentibus. o quam pius. idest quam misericors es penitentibus te. o quam bonus. s. es querentibus. te sed quid. i. o qualis es inuenientibus te per gratiam.

Iesu dulcedo cordium fons vite lumen mentium: excedis omne gaudium et omne desiderium.

¶ Construe. O iesu existens dulcedo cordium. s. bonorum hominum. fons vite eterne. lumen. idest claritas mentium nostrarum. tu excedis. i. precellis omne gaudium. scilicet mundi. et omne desiderium. s. humanum.

Nec lingua potest dicere nec littera exprimere expertus nouit credere quid sit iesum diligere.

¶ Construe. Nec lingua. idest nulla lingua hominis potest dicere. i. ore fari. nec littera. idest scriptura potest exprimere. i. manifestare. quid sit iesum diligere. sed solus expertus. i. probatus. nouit credere. idest scit.

Iesu rex admirabilis et triumphator nobilis dulcedo ineffabilis totus desiderabilis.

¶ Est enim illud nomen iesus hominibus mirabile. demonibus horribile. et angelis laudabilis. ¶ Construe. O iesu rex admirabilis. idest gratus admiratione plenus apud homines: et nobilis. i. virtuosus. triumphator. idest victor erga dyabolum. et ineffabilis. idest quasi non fabilis dulcedo. et desiderabilis. idest desideriosus.

Mane nobiscum domine nos tuo repens munere: pulsa noctis caligine tua pasce dulcedine.

¶ Construe. O domine iesu mane nobiscum in corde. et replens nos peccatores. tuo munere. idest gratia. et pasce. idest nutri nos tua dulcedine. i. charitate. pulsa. idest expulsa. caligine. idest obscuritate. noctis. idest dyaboli vel peccati.

Gloria tibi domine qui natus &c.

¶ Ad laudes hymnus.

Iesus auctor clementie: totius spes leticie dulcoris fons et gratie vere cordis delitie.

¶ Iste hymnus cãtatur ad laudes & scd̃as vespas de dulcissimo festo noĩs. Jesu. et iterũ explanat excellẽtiã et virtuositatem eius. ¶ Construe. O iesu auctor. i. augmentator clemẽtie. idest bonitatis. & spes. i. desiderium totius leticie. gaudij spũalis. et es fons dulcoris. idest suauitatis gratie. et vere delitie. idest dilectiones cordis humani.

Jesu decus angelicum in aure dulce canticum in ore mel mirificum in corde necta celicum.

¶ Cõstrue. O iesu decus angelicum. idest honor celestis hierachie (nomen tuum est) dulce canticum. idest iubilatio. in aure. i. auditu. et mirificum mel mira. idest faciens in ore fidelium. & necta celicum. i. dulcissimus potus celestis. in corde. scilicet hominum.

Jesu flos matris virginis fau9 nostre dulcedinis decus humani generis da lucem veri luminis.

¶ Construe. O iesu tu es flos. idest filius matris virginis marie. & existens fauus. idest brisca. illa dulcedo in cera mellis (methaphorice dictu) nr̃e dulcedinis. et tu existẽs decus. idest honor humani generis. da. i. tribue. lucem veri luminis. sc3 nobis peccatoribus.

Jesu sole serenior et balsamo suauior: omni dulcore dulcior pre cunctis amabilior.

¶ Construe. O iesu tu es serenior. i. clarior sole. suauior. idest suauiorẽ odorem dans balsamo. et dulcior omni dulcore. idest suauitate. et amabilior pre cunctis. scilicet rebus.

Jesu summa benignitas mira cordis iocunditas in comprehensa bonitas nos stringat tua charitas.

¶ Construe. O iesu summa benignitas. idest excelsa virtuositas. mira iocũditas. idest hylaritas cordis nostri. & in comprehensa bonitas. ideo tua charitas stringat. i. firmiter teneat nos. Quia charitas omnia suffert.

Rex virtutum rex glorie rex insignis victorie: iesu largitor gratie honor celestis curie.

¶ Construe. O iesu tu es rex virtutum. rex glorie. et rex insignis victorie. idest triumphi. et tu es largitor. idest dator gratie. et es honor. idest decus celestis curie. idest celi.

Te celi chorus predicat et tuas laudes replicat iesus orbẽ letificat et nos deo pacificat.

¶ Construe. O iesu (quia tu es rex glorie celestis) chorus celi. i. angelorum

predicat te. scz tuum nomen. & replicat. idest pangit tuas laudes. et iesus illud nomen. letificat orbem. idest totum mundum. fidelium. & pacificat. i. pasatur nos peccatores deo. i. patri omnipotenti.

Gloria tibi domine qui natus. &c. vt supra.

¶ Sequuntur hymni de visitatione. Marie virginis. Ad vesperas.

Festum matris gloriose plebs sancta concelebret pietatis viscerose gratiam expostulet: quā cognata copiose sensit hic elizabeth.

¶ Iste hymnus cantatur in festo visitationis gloriosissime Marie virginis nouiter instituto ab Urbano papa. vi. ampliando festiuitates antiquos. nouam superaddere festiuitatē pio studio decreuit: que est conceptione incarnati verbi. cognatam suam Elizabeth humiliter salutauit. Exultemus igitur hac die. qua et tanta excelsa fidei nostre miracula debita recolentes veneratione. In qua festiuitate extollitur virginis marie dei gloriosa fecunditas. Christi aduentus in carne predicatur. Pueri exultātis iohannis baptiste noua fiunt preludia. & matris elizabeth gratia cōfirmat. &c. ¶ Construe. Sancta plebs. idest deuota concio fidelium. concelebret. idest simul veneretur festum. scz hodiernum. gloriose matris marie supple. & expostulet. idest roget gratiam viscerose pietatis. idest exultationem in piis visceribus. scilz conceptionis. quam scilicet gratiam cōceptionis in vtero virginis. elizabeth cognata sua sensit hic. copiose. i. gratiose.

Fecundate senectutis sterilem aggreditur: que diuine iā virtutis mater clam efficitur: gratulatur cum salutis cōsortem alloquitur.

¶ Construe. Supple maria virgo. aggreditur. i. visitat. sterilem. s. elizabeth. cognatam (que vocatur sterilis) fecundate senectutis. idest fecunde. & fructifere senecte. que. s. maria efficitur. i. effecta est mater diuine virtutis. s. christi. clam. idest occulte. & ipsa gratulatur. idest letatur. cum alloquitur consortem. idest consorciam eiusdem. salutis. s. diuine.

Mox non loquens exultauit ad verbi presentiam: sed elizabeth expauit matris excellentiam benedictam que clamauit fructus affluentiam.

¶ Construe. Supple infans iohannes. non loquens exultauit. idest gauisus fuit ad presentiam verbi per virginem mariam incarnati. sed elizabeth expauit. idest expauescendo mirabatur. que scilicet elizabeth clamauit. idest

dixit. excellentiam. idest supereminentem. et affluentiam. i. largam fecundi tatem. fructus. scilz ventris. matris. scilicet matris marie. hoc est iesu christi dicens. Benedicta tu. &c.

Unde michi quisq; putet hoc ait presagium vt deuoto me salutet mater regis omnium ventris mei fructum mutet in nouum tripudium.

¶ Cōstruc. Supple elizabeth. ait. id est dixit. quisq; putet. id est quis est homo qui opinatur vel cogitat. vnde. id est a quo michi. s. elizabeth. hoc presagium. id est hec annunciatio futurorum. seu gratia humana. vt mater. s. maria virgo regis omnium. scilicet rerū salutet me deuote. id est humiliter: que eius presentia. mutet. id est mouet fructum ventris mei. hoc est precursorem domini. in nouum tripidium. id est gaudium. & plausum vel leticiam: quia exultauit infans se reuertendo ad xpm.

Uirgo dum sit commendatur canticum leticie psallens pure gloriatur in amore gratie: quo beata predicatur in omni progenie.

¶ Construc. Uirgo. scilicet maria commendatur. id est laudatur. magnificatur. &c. cum elizabeth. psallans. id est canens. dicendo canticū. id est hymnum leticie. benedicta tu inter omnes mulieres. et ipsa gloriatur in amore pure gratie. scilicet diuinitatis. quo. id est propter quod scilicet maria. predicatu. id est magnificatur beata. id est benedicta. in omni progenie. scilicet humane carnis.

Trine deus summe pie regnans eternaliter: prece virginis marie conserua iugiter vt post finem huius vie viuamus perenniter.

¶ Construc. O summe pie deus et trine. in personis. regnans eternaliter. id est in eternum. tu conserua. id est custodi nos peccatores. iugiter. id est dementer. prece. id est roga tu virginis marie. vt viuamus. scilicet tecum perenniter. idest per euum. post finem huius vie. hoc est quando ingredimur viam vniuerse carnis.

¶ Ad matutinas hymnus.

Mundi salus affutura virgo mater inclyta: gesta simplex mente pura specie pro fulgida cum celesti genitura processit in publica.

¶ Iste hymnus similiter canitur ad laudem virginis visitantis suā cogna-

tam. Elizabeth transmontana abeuntis. ¶ Construe. Virgo mater indyta. id est gloriosa maria. existens affutura. id est profutura. salus mũdi. s. huius existens simplex. id est humilis gestu. i. moribus. & pura mẽte. prefulgida. i. prelucida facie ꝓcessit. id est exiuit. in publica. i. manifestata oĩbus hoĩbus cum celesti genitura. i. generatione diuinitatis.

Caput conterens draconis rubus qui non vritur aaron virga gedeonis vellus quod perfunditur hic perfecta salomonis que beata dicitur.

¶ Construe. Hic beata virgo maria ascribitur figuris typicis veteris legis qñ (vt dr̃ Genesis. iij.) ipsa conterẽs caput drachonis. i. corrũpens potẽstatẽ dyaboli. per suam saluificã geniturã. et ipsa est rubus (quẽ viderat moyses) qui non vritur: sed incombustus. i. incorrupta permanens virgo) ipsa virgo aaron illius prophete (data illi in exitu israelitici populi) ipsa vellus gedeonis quod perfunditur (Gedeon enim interpretatur experimentum iniquitatis eorum) ipsa hec maria que dicitur beata et perfecta. idest perfecte completiuã salomonis. &c̃.

Genitrix emanuelis virga iesse floruit: ostium ezechielis quod viro non potuit mons quo lapis danielis statuam comminuit.

¶ Construe. Hic iterũ virgini figure typice veteris legis ascribuntur. p eã cõplete. Nam ipsa genitrix emanuelis (dei nobiscum) vt virga iesse floruit: & ipsa ostiũ ezechielis prophete (qd̃ nõ patuit viro) per ingressũ. i. fortitudo dei et ipsa dr̃ mons quo lapis cõminuit statuã danielis. vt ibidem dicitur.

Sit in mundo preter morem notum fecit dñs: castis mater conditorem circundat visceribus: terra gignit saluatorem nubibus pluentibus.

¶ Construe. Dominus in celo. notum fecit in mundo. scʒ figuratũ misticũ & typicum manifestauit. preter morem. i. humanam consuetudinem. mater. s. maria. circundat. i. obumbrat. conditorem. i. deum. castis visceribus. i. almo ventre terra (pro maria) gignit. id est germinat saluatorem. i. christũ nubibus pluentibus. i. spiritusancto obumbrante.

Virgo chara charitatis feruens desiderio caste consanguinitatis fauet ministerio gaudens huius nouitatis sancto puerperio.

¶ Construe. Virgo chara. s. maria feruens. i. scatens. ardens desiderio charitatis xp̃i. fauẽt. id est assentit mysterio. i. seruitio. caste ꝯsanguinitatis (quo deus homo factus) et gaudẽs sancto puerperio. id est genitura gratiosa. huius natiuitatis. id est xp̃i incarnati.

Felix domus zacharie talem habens hospitem: felix cognata marie quam suscepit comitem: sed iohannis et messye tu distingue limitem.

Construe. O felix domus zacharie. i. patris iohis (qui interpretatur memoria dni) habens. idest suscipiens talem hospitem. s. mariã. et o felix elizabeth cognata marie. s. virginis. quã mariã suscepit comitẽ. i. gratuite accepit sociam itineris et more. sed pro tñ. tu distingue. i. differenter pone. limitem. callẽ iohannis in vtero elizabeth. et messye. i. xpi in aluo marie virginis (Messyas hebrayce. xps grece. vnctus latine.

Laus sit summo genitori qui regnat per omnia: laus sit nostro redemptori per quem venit gratis. procedẽti creatori sit equalis gloria.

Constructio plana est de gratiarũ actione patri et filio et spũisancto. etc.

Ad laudes et secundas vesperas.

O Salutaris fulgens stella maris generãs prolem veritatis solem mater bonorum clemens famulorum suscipe votum.

Construe. O salutaris. idest saluificans. fulgens. i. splẽdens stella maris scz virgo maria. tu es generans prolem. s. xpm. solem veritatis. i. iusticie. et tu clemens. i. benigna mater. s. xpi. suscipe. i. accipe. votũ. i. desideriũ bonorũ famulorum. idest deuotorum tuorũ seruorum.

Cõgratulamur et tuas conamur canere laudes que deo congaudes sed non condignis preualemus hymnis dicere totum.

Construe. O maria nos congratulamur. idest simul letamur. et conamur. idest nitimur. canere. i. pangere tuas laudes. i. dulces hymnos. que. s. virgo cõgaudes. i. simul gaudes deo. s. filio tuo. sed nos non preualemus. i. nõ possimus dicere. i. exprimere totum. i. ad plenũ. cõdignis hymnis. i. meritis et laudibus. te extollere et afferre.

Quam veterana traxit in montana gressu festinam rosam matutinam tibi iubilamus et concelebramus hec tua festa.

Construe. Quam. scz mariam. veterana. i. senex elizabeth. traxit. scz amore suo. festinam gressu. i. velocem cursu. in montana. i. transmontana. et ideo

nos iubilamus. idest cum iubilo cantamus. tibi marie. rosam matutinam. idest orationem matutinalem. et concelebramus. idest simul festamus hec tua festa hodierna.

Vocē rachelis exaudi de celis que te nunc orat filiosq3 plo cat potens regina gratia diuina pellens molesta.

Construe. O potens regina. sc3 maria exaudi vocē rachelis. illius mulie ris. que orat nunc te. & plorat filios suos. et tu pellens. i. sis expellens mole sta. i. molestias nostras. gratia diuina. i. celesti.

O mediatrix orbis reparatrix laus angelorum: salus in firmorum spesq3 cunctorum hostem animatum reprime seuum.

Construe. O maria mediatrix inter deum et hominem. & reparatrix. i. re stauratrix. orbis. idest mundi perditi. existens laus. i. decus angelorum. & salus infirmorum. q3. p &. & spes cūctorum. s. mortaliū. tu reprime. i. expelle hostem. s. antiquum seuum. i. crudelem dyabolum.

Sit benedicta trinitas inuicta per quam beata virgo co ronata meruit frui fructu ventris sui nūc & in euum.

Construe. Inuicta. i. insuperabilis trinitas sit benedicta. per quam trini tatem beata virgo. s. maria coronata. meruit frui. i. vti. fructu ventris sui. id est filio suo xpo. nunc. i. iam. et in euum. idest eternaliter.

Sequuntur hymni de sancta Anna matre marie virginis.

Ad primas vesperas.

Aue mater anna plena melle canna cui marē pas sa nulla coequanda.

Iste hymnus canitur in natali sancte Anne matris marie virginis. & Joa chym patris sui. et quorum carne (vt ex radice iesse) virgo maria traxit origi nem. vt per vētris sui fructū. i. iesum xpm populo xpiano suo deus mitteret redemptionē. Congratuletur ideo felix concio et collectio xpifideliū in eius laudabilis cum omni deuotione resultet. Hec est enim superne benedictio nis teca. de qua celestis figulus ollā spei nostre cōposuit. que ex diuini roris imbre conceptum verbum dei humano generi protulit incarnatū. ideo dic.

Construe. Aue anna mater. sc3 marie plena melle canna. idest stipite vel arundine virga iesse. cui. s. tibi anne nulla mulierum passa marem. i. habens virum est coequanda. idest assimulanda.

Aue predicanda superexaltanda mater matris poli regis atqꝫ soli.

¶ Construe. O predicanda. i. excellenda ꝛ superexaltanda. Aue. i. salue. scꝫ anna mater matris. s. marie regis polis. i. celis. atqꝫ pro ꝛ. et sol. i. terre.

Quam vis velit fari siue meditari reddit sibi votum christus per quem totum.

¶ Construe. Christus. i. saluator noster. reddit. i. dat sibi. s. anne votū. i. desideriū. quā. i. magis ꝙ vis. i. facultas hoīs. velit. i. possit fari. i. loqui. siue meditari. i. excogitari. Aut quod melius. quā referat sanctā annā. ꝛ tūc fiat alia constructio. Per quē. s. xp̄m factum est totum. ꝛc.

Ergo te rogamus tibi supplicamus vt quod potes velis prece da nos celis.

¶ Construe. O sancta anna. Ergo. i. propterea nos peccatores rogamus te et supplicamus tibi. idest suppliciter petimus. vt velis. scꝫ dare. id est qđ potes. id est vales. rogando apud christum. ꝛ da. id est adiuua. ꝛ cōcede nos. s. petentes christifideles. prece. s. tua. celis. i. in celis. apud nepotem tuū. dominum nostrum iesum xp̄m.

Placans nobis natam mundo per te datam illa natū suum tu nepotem tuum.

¶ Construe. Et tu sancta anna. sis placans. idest mitigans exorando. nobis fidelibus natam. id est filiam tuam mariam. datam. i. genitā per te. mūdo. s. ad salutem. vt illa sit placans. i. pacificans. natum suum. id est filium xp̄m. tu felix anna sis placans nepotem tuum. i. xp̄m.

Laus sit trinitati laus sit vnitati laus sit patri nato lausqꝫ paraclyto. Amen.

¶ Construe. Laus. id est honor sit trinitati. i. deo in trinis personis. laus sit vnitati. i. vni deo in essentia. laus sit patri nato. i. filio. qꝫ pro ꝛ. et paraclyto. id est spiritui sancto. Amen.

¶ Ad matutinas hymnus.

IN anna puerperio nox fugit huius seculi et illuxit cum gaudio dies totius populi.

¶ Iste hymnus canitur similiter ad laudem sancte anne matris marie. In quo hymnographus nos illam commendare ꝛ laudare exhortatur: quia ipsa per puerperium suū. idest mariam. totius populi xp̄iani salutē et redemptionem genuit: nā p ipsam maria virgo. per virginē xp̄s saluator. ¶ Construe.

Nox. id est peccatũ originale vel dyabolus. huius seculi. i. mundi fugit. i. recessit. in puerperio anne. i. matris marie (hoc est quando anna peperit mariam) ⁊ dies. id est lux vel xp̄s redemptor totius populi. s. xp̄ifidelis illuxit. i. resplenduit cum gaudio. i. hylaritate.

Hec radix gesse germinat: expers cunctis illecebris: ⁊ germen eius luminat nos sedentes in tenebris.

¶ Construe. Hec. scz genitura per annam. i. maria virgo. existẽs radix iesse expers. id est immunis. immaculata cunctis illecebris. i. omni macula ⁊ peccato germinat. id est gignit. parit ⁊ floret. ⁊ germen eius. s. marie filius luminat. id est illuminat. nos sedentes. i. homines peccatores degẽte. i. tenebris id est in vmbra mortis seu peccatis.

Pia mater ⁊ humilis de qua maria prodiit: tuis adesto famulis quas culpa grauis deprimit.

¶ Construe. O pia mater. scz anna. ⁊ humilis. de qua. i. ex qua maria. scilicet virgo prodiit. id est ꝓcessit. adesto sis presens. tuis famulis (orãdo ꝓ eis) quos. scilicet famulos. grauis culpa. idest ponderosum peccatum nostrũ deprimit. id est opprimit. torquet.

Jam felix et emerita manens cum summo iudice succurre mater inclyta vt viuamus pacifice.

¶ Construe. Et quia tu sancta anna genuisti mariam. ideo. Tu manes. id est perseueras. iam felix et emerita. id est liberata ab omni vexatione mundana. vel. id est valde merita. cum summo iudice. id est christo nepoti tuo. ergo tu inclyta. id est gloriosa mater anna. succurre. id est subueni nobis. vt viuamus pacifice. id est in sancta pace.

Ut quicquid hic deliquimus vite per immundiciã abstergas illud petimus per diuinam clementiam.

¶ Construe. O sancta anna nos petimus te vt abstergas. i. deponas. quicquid. i. omne illud qd deliquimus. i. peccauimus hic. i. in hoc mũdo. ꝑ immundiciã. i. impuritatem ⁊ maculam vite. s. nostre. ⁊ hoc per diuinã clementiam. i. per dei potestatem. s. per xp̄m.

Patri natoq3 gloria detur cũ sancto spiritu qui per anne suffragia conseruet nos in exitu.

¶ Construe Gloria. i. gratiarum actio. detur patri. qz pro ⁊ nato. i. filio cum spiritu sancto. qui. s. deus cõseruet. i. protegat nos peccatores. in exitu. id est in agone huius vite. per suffragia. id est petitiones oratorias. anne. scilicet matris marie. Amen.

¶ Ad laudes ⁊ vltimas vesperas.

FElix anna pre aliis digna laude fidelium mūdum repleuit gaudiis per sacrum puerperium.

¶ In isto hymno laudatur beata anna. que per puerperium. i. generationē marie filie sue. restaurauit nobis. qđ deliciosa eua per peccatum ꝑdidit. ⁊c.
¶ Construe. Felix. idest gratiosa anna. existens digna laude. i. dignior. pre aliis. scʒ mulieribus fidelium repleuit mūdū gaudiis. i. exultationibus. per sacrum puerperium. i. generationem virginis marie.

Hec de carnis propagine mariam nobis protulit: que suo reddit germine quod eua tristis abstulit.

¶ Construe. Hec felix anna protulit. i. genuit nobis mariā. s. virginē. de propagine. i. de linea carni. i. sui corporis. que. s. maria reddit. i. restaurauit. nobis suo germine. i. filio iesu. illud qđ tristis eua. i. peccatrix. abstulit a nobis.

O vas celestis gratie mater regine virginum per te precamur anxie remissionem criminum.

¶ Construe. O anna vas. idest sinus celestis gratie ⁊ mater regine virginū marie nos precamur. i. rogamus anxie. i. suppliciter. remissionē. indulgentiam. criminū. i. peccatoꝝ. supple dari per te. i. per xp̄m ꝓpter te.

Memento mater inclyta q̄ꝫ potens es per filiam ⁊ nobis prece solita procura dei gratiam.

¶ Construe. O inclyta. i. generosa mater anna. memento q̄ꝫ potens es ꝑ filiam. s. tuā mariā virginē. ⁊ procura. i. diligētē curā adhibe ⁊ da nobis xp̄i fidelibus. grām dei. i. iesu nepotis tui. solita prece. i. assidua rogatione.

Tuisqꝫ donet precibus dator bonorum omnium vt gaudiis celestibus fruamur post exilium.

¶ Construe. qꝫ pro ⁊. dator. i. retributor oīm bonoꝝ. i. tā spūalium q̄ꝫ temporalium. deus donet tuis ꝓcibus. i. rogātibus vt nos fruamur. i. vtamur. celestibꝰ gaudiis post exiliū. i. post miseriam ⁊ tribulationem presentis vite.

Patri natoqꝫ gloria detur cum sancto spiritu qui per anne suffragia conseruet nos in exitu.

¶ Constructio patuit supra in precedenti hymno.

¶ Sequuntur hymni de beata maria magdalena. Ad vesperas.

COllaudemus magdalene lachrymas et gaudium sonent voces laude plene de concentu cordium vt

concordet philomene turturis suspirium.

Tu iesum papilla lactasti sacra: existens virgo feta mater intacta: vnde nostris eya faue votis dn̄a xp̄m interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosq; omēs introduci sempiterna paradysi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Amen.

¶ Construe. O maria tu lactasti. i. lactauisti iesum sacra papilla. tu dico extās intacta virgo. feta. i. fertilis mater. vn̄ o maria dn̄a eya. i. festina. faue. i. da fauorē nostris votis. i. nr̄is precibus. tu dico interpellās xp̄m pro humana salute. o maria mater nos flagitamus. i. rogamus crimīa filioꝝ. i. terrenoꝝ filioꝝ. aboleri. i. deleri per te. q; p ꝛ. et flagitamus nos oēs introduci. i. duci in sempiterna gaudia paradysi. quo scz paradysi pfruamur gloria perēnis vite. i. eterne vite. Amen. ¶ Feta. i. fertilis fecunda vel plena fetu. idest fructu prolis.

¶ Eya est aduerbium hor. andi. idest age. ¶ Faueo es. ere. i. suffragari/auxiliari/assentire/fauorem dare. et proprie in malo. ¶ Interpellans. idest rogans.

¶ Aboleri. i. deleri vel deponi.

¶ In tertia die assumptionis beate marie virginis.

Aue maria grā plena. Dominus tecū virgo serena. Bn̄dicta tu in mulieribus Que peperisti pacē hominibus. Et angelis gloriā. Et bn̄dictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiam.

¶ Construe. O maria serena virgo plena gratia. dn̄s. s. est tecum. o maria que peperisti. i. ptulisti pacē hoībus. que peperisti angelis gloriā. tu es bn̄dicta in mulieribus. i. inter mulieres. ⁊. s. xp̄s fructus ventris. i. vteri tui. qui. s. xp̄e fecit nos per gratiā vt essemus sui coheredes est benedictus. ¶ Serenus a. um. idest clarus a. um. ¶ Coheredes. i. simul vel cum aliis heres.

Per hoc aūt aue: mūdo tā suaue contra carnis iura. Genuisti prolē: nouū stella solē: noua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni saluatoris xp̄i tēplū extitisti: sed virgo intacta.

¶ Construe. O maria stella tu genuisti ꝓlem. s. filiū nouū solem iusticie. ꝑ hoc aue. i. angelicā salutationē. tā suaue mūdo. contra iura carnis. cum noua genitura. i. generatione. tu extitisti. i. fuisti templū xp̄i parui. ſm humanitatē. ⁊ magni ꝙtum ad deitatē. dico agni ꝙtū ad passionē. dico leonis saluatoris ꝙtū ad resurrectionem. sed es intacta virgo: scꝫ permanens.

Tu floris ⁊ roris panis ⁊ pastoris virginū regina rosa sine spine genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie. Tu mr̄ es mie. Theophilum reformās grē: de lacu fecis et miserie.

¶ Construe. O regina virginū ⁊ rosa sine spina. tu es facta genitrix xp̄i floris et roris panis et pastoris. tu es ciuitas regis iusticie. tu es mater mīe. tu reformans theophilum. illū hoīem grē. de lacu. i. de puteo fecis. i. sordis et miserie. ¶ Theophilus nomē viri ē q̄ fuit valde deuot9 marie. postea lapsus renūciās fidei colēs dyabolū tādē ꝯuersus miraculose ad fidē marie vt p9 deuote fuiuit

Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quam lux est orta natum tuum ora. Nos vt soluat a peccatis et in regno claritatis quo lux lucet sedula collocet per secula.

¶ Cōstrue. Ergo o maria maris stella: ⁊ cella. i. cubile verbi. i. filii dei et aurora solis et porta paradysi. per quam portā lux. i. xp̄s est orta. ora natū tuū. i. filiū vt soluat nos a pc̄is: ⁊ vt collocet. i. statuat. nos in regno claritatis. quo scilicet regno sedula. i. continua lux lucet per secula.

¶ Quarta die assumptionis Marie Canitur ista Prosa.

Letabundus exultet fidelis chorus allelaya. Regem regum intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilii natus es dē virgine sol dē stella.

Sol occasum nesciens stella semper rutilās semper clara.

¶ Construe. Letabūdus chorus (the glad cōpany) exultet. i. letet. & dicat alleluya. o res mirāda. q̄r thorus. i. vterus intacte. s. virginis. ꝓfudit. i. ꝓtulit regē regū. angelus cōsilii. i. xp̄s natus est de virgīe. sol. i. xp̄s de stella. i. maria. Sol sc3 xp̄s nesciēs occasū. i. finē. stella. i. maria sēp clara. sēp rutilans (hynynge).

Sicut sydus radiū profert virgo filium pari forma. Neq3 sydus radio neq3 mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valle nostra. Uerbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta.

¶ Cōstrue. Maria ꝓfert. i. parit filiū pari forma. i. similimodo sicut sydus profert radiū. i. splendorē. neq3 sydus radio. neq3 mater filio fit corrupta. Alta cedrus. s. arbor. libani. s. mōtis. cōformat. i. assimulatur ysopo (that herbe) valle nostra. i. in hoc mundo. verbum ens. sc3 filius altissimi sc3 dei. passum est corporari. i. incarnari. carne sumpta. i. accepta.

Isayas cecinit synagoga meminit nunq̄ tamē desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sybillinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur dānaberis gens misera. Quem docet littera. Natum considera. Ipsum genuit puerpera. Amen. Alleluya.

¶ Construe. Isayas propheta cecinit. i. ꝓphetauit. synagoga. s. iudeor̄ meminit. i. nouit. tn̄ nunq̄ desinit. i. non reliquit esse ceca (blynde) Si synagoga non credat suis vatibus. i. prophetie. vel pro saltem credat sybillinis versibus. gentilibus. i. sybille prophetisse gentilis. hec predicta. s. de maria. O infelix synagoga propera. i. festina. vel pro saltem crede vetera. O misera gens. cur dānaberis. considera natum. i. iesum quem littera. i. scriptura. s. vetus & noua docet. i. predicat. puerpera. i. maria genuit ipsum sc3 natum.

¶ Quinta die canitur Hac clara die.

¶ Sexta die. Aue mundi spes.

¶ In septima die assumptionis beate marie virginis.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semper virginis marie laudes et preconia. Omnis homo omni hora ipsam ora et implora eius patrocinia. Psalle psalle nisi toto: cordis oris voce voto: aue plena gratia.

¶ Construe. Celebris. i. venerabilis lux diei hodierne agitur. i. celebrat in memoria mr̄is dei. & nos decātamus semp laudes & p̄conia marie v̄ginis hac die. O hō ora ip̄m. s. mariā oī hora. et implora. i. desidera patrocinia. i. p̄cациōes et auxilia eius. s. marie. i. oīs hō oret & iploret. &c̄. O hō psalle & iter̄ psalle. i. cāta toto nisu. i. conamie voto. i. desiderio cordis & voce oris o maria plena gr̄e aue. &c̄.

Aue domina celorum in experta viri thorum parens paris nescia. Fecundata sine viro: genuisti modo miro genitorem filia. Florens hortus austro flante porta clausa post et ante via viris inuia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus deitatis pluuia.

¶ Cōstrue. O maria dn̄a celorum aue, tu in experta. i. nō tentans thorum. i. lectū viri existens parens. i. mater nescia. i. ignorans paris (of a make) tu fecūdata. i. grauida sine viro genuisti genitorem. i. creatorem miro modo (by a meruelous maner) et tu fuisti hortus florens. et hoc dico austro flante. i. spū sancto inspirā te. et tu maria es porta clausa. et via inuia. i. incognita viris. post scʒ partum. et ante. s. partum. tu es tellus. i. terra fusa. i. perfusa rore (with a deawe) celi. et tu es vellus gedeonis illius prophete fusum pluuia deitatis.

Salue splendor firmamenti: tu caliginose menti: desuper irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella et tempestas obuia.

¶ Construe. O maria splendor firmamēti. i. celi. salue tu irradia. i. fulge desuper caliginose mēti. i. obscure anime. o maria stella maris. placa. i. pacifica mare. i. hunc mundū. ne pro vt nō. et non vt procella. i. aduersitas vel periculū mūdi inuoluat nos. et ne obuia tempestas inuoluat (wrappe not in) nos supple homines.
¶ Caliginosus a. um. i. tenebrosus. ¶ Irradiare. i. splendere.

¶ In octauis assumptionis.

Aue preclara maris stella in lucē gentiū maria diuinitus orta. Euge celi porta que nō aperta veritatis lumē ipsum solem iusticie indutum carne ducis in orbem.

¶ Construe. O maria preclara stella. i. valde clara stella maris. orta. i. nata diuinitus. i. a deo. in lucē. i. cōfortationē gentiū aue, o maria tu porta celi. que scʒ porta nō aperta. ducis. i. producis. ipsum solē iusticie. ipsum solē dico lumē veritatis. indutū carne in orbē. i. in mundū. euge. i. gaude vel gaudiū sit tibi.

Uirgo decus mūdi regina celi preelecta vt sol pulchra lunaris vt fulgur agnosce oēs te diligētes. Te plenā fide virgā alme stirpis iesse nasciturā priores desiderauerūt pr̄es et prophete.

¶ Construe. O maria virgo. scilicet existens decus mūdi. et regina celi preelecta et pulchra. vt pro sicut sol et lunaris. vt pro sicut fulgur. i. splendor. O maria agnosce. idest cognosce omnis scilicet homines et mulieres diligentes te. o maria priores patres et prophete desiderauerunt virgam alme stirpis iesse. te dico plenā fide nasciturā. ¶ Lunaris et hoc lunare. idest splēdens instar lune.

Te lignū vite sacro rorante neumate parituram diuini floris amigdalum signauit gabriel. Tu agnum regem terre dominatorem moabitici de petra deserti ad mōtē filie syon

transduxisti. Tuqꝫ furentē leuiathā serpentē tortuosumqꝫ ⁊ vectem collidens dānaso crimine mundum exemisti.

¶ Construe. O maria gabriel signauit. i. predixit te parturā lignū vite amigdalū diuini floris. hoc dico sacro neumate rorante. sancto spū inspirāte. O maria tu transduxisti (thou hast led ouer) agnū regē dñatorē terre. de petra (of the stone) moabiti deserti. i. deserto moab ad montē filie syon. i. ecclesie. qꝫ pro ⁊. tu scꝫ maria collidēs (media ꝑducta). i. ledens leuiathā. i. dyabolū furiente. i. insanientē. qꝫ ꝑ ⁊. tortuosum serpentē (an croked kenerry serpēt) ⁊ vectē (the barre) portarum infernaliū. exemisti (hast brought out) mūdū dannoso crimine (from a dammable synne.) ¶ Hoc amigdalum (an almounde.)

Hinc gentiū nos reliquie. Tue sub cultu memorie. Mirum in modū quē es enixa propiciatiōis agnū regnantē celo eternaliter reuocamus ad āram mactandū mysterialiter.

¶ Construe. Hinc. i. igitur nos reliquie. i. residui gentiū sub cultu. i. honore tue memorie. reuocamus agnū ꝓpiciatiōis. i. mie regnantē eternaliter. celo. i. in celo ad arā. i. altare mactandū (to be slayne) mysterialiter (priuely) quē. s. agnū es enixa. i. pepisti in mirū modū. i. iuxta mirū modū (by a merueylous maner.)

Hic manna verū israelitis. Veris vere abrahe filiis admirātibus quondā moysi: qđ typus figurabat iam nūc abducto velo datur ꝓspici. Ora virgo nos illo pane celi digno effici. Fac igni sancto patrisqꝫ verbo quod rubus vt flammam tu portasti virgo mater facta pecuali pelle discincto pede mūdis labiis cordeqꝫ propinquare.

¶ Construe. Hic. s. xp̄s agnus exn̄s verū māna (the very aungelles mete) israhelitis. i. xp̄ianis veris filiis. i. fidelibus. q̄ sūt veri filij abrahe. i. dei. datur. i. cōcedit ꝓspici. i. ꝑfecte videri siue sciri. hoc dico velo. i. obscuritate moysi. i. legis per moysen date. abducto. i. remoto. qđ typus. i. typica figura figurabat. i. per figurā innotuit. admirantibus. s. filijs israel quōdam. i. olim. o maria virgo ora: nos effici dignos illo pane celi. i. xp̄o. et fac nos propinquare mundis labiis. qꝫ pro et. cū mundo corde scō igni. i. sancto spū et scō verbo. i. sancto filio patris. qđ verbū tu portasti. vt rubus scꝫ portauit flāmam. pede discincto. i. discalciato pecuali pelle. i. calciamento facto de pelle pecudis.

Fac fontē dulcē quē in deserto petra ꝑmōstrauit degustare cū sincera fide. renesqꝫ succingi lotos i mari anguē eneū in cruce speculari. Audi nos nā te filius nichil negās honorat.

¶ Construe. O maria fac nos degustare (to taste) dulcem fontem. quem fontē petra. idest xp̄s premonstrauit in deserto. qꝫ pro et. o maria fac nos succingi renes cum sincero fide (with a full clene feyth) et o maria fac nos lotos in mari. idest in aqua baptismatis. et fac nos speculari. idest aspicere eneū anguem. scilicet xp̄m in cruce. idest supra crucem. o maria audi nos. nam filius tuus nichil pro non et aliquid negans tibi. honorat te.

Salua nos iesu pro quibus virgo mater te orat. Da fōtem vite visere. Da pueros mentis oculos in te defigere. Christianismi fidem operibus redimite beatoqȝ fine ex huius incolatu seculi auctor ad te transire.

¶ Construe. O iesu xp̄e salua nos pro q̄bus maria virgo ⁊ mater orat te. O iesu da. i. largire nos visere. i. cum desiderio videre. fontē vite. et da nos defigere .i. totaliter ponere pueros oculos. i. intellectū mentis. i. te. s. xp̄o. O iesu auctor da redime. i. pornare vel decorare fidem xp̄ianismi. i. xp̄ianitatis vel xp̄iane legis operibus. s. bonis. qȝ p̄ ⁊. tarnsire ex incolatu. i. habitatione huius seculi. i. mundi. ad te. s. iesum xp̄m. beato fine. Amen. ¶ Redimo mis. redimui. mire. mitum. mitu. i. ornare. ¶ Hic incolatus us. ui. i. habitatio.

¶ In natiuitate gloriosissime virginis marie sequentia.

A Lle celeste necnon et perenne luya. Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba et canora palynodia canta. Nam omīs vsia hanc xp̄i genitricem die ista. Cōgaudet exortam p quam sibi sublatam capit vitam.

¶ Ista prosa pangit in natiuitate btē marie virginis. ¶ Cōstrue. O paraphonista. i. o rector chori dic. i. psalle cū mera symphonia. i. sonora cōcordia alla. celeste. i. canticū laudis dei necnō. i. ⁊ perenne. i. cāticū qd̄ perenniter. i. ppetue cātatur in celis ad laudē dei. et o paraphonista canta vel decāta palinodia. i. cātica iterata. canora tuba. nā p̄ q: oīs vsia ⁊ oīs substātia vel essentia cōgaudet hanc genitricē. in hanc matrē xp̄i. s. fuisse exortā. i. natā ista die p quam. s. genitricē. s. oīs vsia capit vitā sublatā. i. substractā. s. p inobediētiā ade a se. s. vsia. ¶ Palynodiū d̄r a palyn grece est iterū latine. et hec odis ode. qd̄ est cātus. quasi cantus repetitus vel iteratus. autentice. (anglice caroles songes rehersed.)

Diuitia stirpe sata dauidis ad ceptra est regenda prole fecū data. Nec grauidata viscera sunt tamē per vlla patris mēbra: sed ex fide sola. Ab arce summa angelus astās maria inquit alma aue plena. Gratia sacra et benedicta feminas iter omnes paritura. Regem qui dira mortis vincula. Damnauit mira cum potentia. Suum plasma soluens sponte sua atqȝ beatam donans vitam.

¶ Construe. Maria sata. idest generata vel p̄creata vel genita dauitica stirpe .i. stirpe dauid est fecūdata p̄le. i. filio ad ceptra. i. ad regna dauidis (media correpta) regēda tm̄ viscera. necnō p̄ nō. nō sunt grauidata (made great) p vlla mēbra patris. sed ex sola fide. i. p solā fidē angeles. s. gabriel astans. i. iuxta stans ab summa arce. i. celo. inquit. i. dicit. O alma maria. plena. i. repleta sacra gratia aue. tu es benedicta inter oēs feminas. supple tu es paritura regē. qui. s. rex

dannauit (hath destroyed) dira vincula mortis. cū mira potentia. qui. s. rex dico soluens suū plasma. i. hoīem suā formā habentē. atqꝫ ꝑ 𝔷. et donans vitam. sua sponte. i. sua spontanea volūtate. ¶ Hoc psalma matis. i. factura. ¶ Plasma re. i. fingere vel facere. et proprie de luto vel de limo terre.

Fit nox puella verbis credula. Et puerpera stupet ⁊ casta.
Natū gestans speciosū forma regentē cuncta orbis regna.
Hec est virgo non irrigata: sed dei gratia florigera.

¶ Construe. Maria puella fit credula mox verbis. et maria puerpera et casta stupet. i. miratur. ⁊ gestās. i. portās natū. i. filiū speciosū. i. pulchrū forma et regentē cuncta regna orbis. i. mūdi hec maria nō irrigata. i. non madefacta contactu humano in cōcipiendo. sed florigera. i. gerēs florē. gr̄a. i. cum gratia dei.

Hec est sola cunctorum hera materna obscurans piacula.
Velut rosa decorans spineta: sic quod ledat nil habet maria
virgo: eua quod cōtulit xp̄i prima sponsa effugat maria.

¶ Construe. Hec. s. maria est sola hera. i. dn̄a cunctorꝫ hoīm obscurās. i. tegēs materna piacula. i. pctā prime matris eue. et fuit velut rosa decorās spineta sic maria virgo hꝫ nil. i. non aliquid qḋ ledat (maye harme) et maria sponsa christi effugat. i. expellit illud quod prima eua contulit scꝫ nobis.

O virgo sola mater casta nostra crimina. Soluens da regn̄a quibus beata regnāt agmina. Potens enī cūcta vt mūdi regina et iura. Cū nato oīa discernis in secla: et vltra subnixa es in gl'ia. Cherubin electa seraphinqꝫ clara agmina.

¶ Construe. O virgo sola casta mater tu soluens nostra crimina. i. peccata. da regna. s. celestia. quis. i. in quibus regnis beata agmina. i. angeli regnāt. enī ꝑ quia tu potes facere cuncta. i. oīa vt regina mūdi. et tu discernis. i. iudicas omnia iura cū nato. i. filio in secula. i. eternaliter. et es subnixa. i. sublimata et exaltata in gloria. vltra electa et clara agmina. s. cherubin et seraphin.

Nam iuxta filium posita sedes in dextera virtus lampas et sophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua.
Et resonet camenis: aula in laude tua virgo maria.
Gaudet per clymata orbis ecclesia: dicens alleluya.
Qḋ et palacia celi clamant dyndima vsqꝫ dantia preconia.

¶ Construe. Nam tu maria posita iuxta filiū. s. tuū. sedes in dextera patris. tu existens virtus. i. fortitudo lampas. i. luce lucens. et tu sophia. i. sapiētia. vnḋ natiuitas. s. maria affert (bryngeth) hodie nobis annua gaudia. ⁊ o maria virgo aula. s. celestis resonet. i. cantet camenis. i. dulcibus canticis in tua laude. ⁊ ecclesia scꝫ fideliū gaudet ꝑ clymata. i. ꝑ quattuor partes orbis. i. mundi. dicens alleluya. i. canticum laudis. qḋ. s. alleluya. et palacia celi clamant. i. cantant. dantia preconia. i. laudes vsqꝫ dyndima (to the hye places of aungels.)

¶ In festo exaltationis sancte crucis Sequentia.

Laudes crucis attollamus: nos qui crucis exultam9 speciali gl'ia. Dulce melos pulset celos: dulce lignũ dulci dignum credimus melodia. Voce vita non discordet: cum vox vitam non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucem laudant: qui per crucem sibi gaudent vite dari munera.

¶ De sancta cruce. Hec est scala peccatorum. Unde. Si exaltatus fuero a terra traham omnia ad meipsum. &c. ¶ Construe. Nos qui exultamus. i. letemur speciali gloria crucis scz xp̄i. attollamus. idest subleuemus laudes crucis. dulce melos. idest canticum pulset. id est pulsando appariat celos. et nos credimus dulce lignum. scz crucis esse dignum dulci melodia (swete songe) vita nostra nõ discordet voce. et dulcis symphonia. idest cõcordantia vocum est. cum. i. quando vox non remordet (byteth nat agayne) vitam. Serui. idest famuli crucis laudant crucem. qui serui gaudent sibi dari munera vite scilicet eterne. per. idest per crucem. vel per merita crucis.

Dicant omnes et dicant singuli: aue salus tocius populi arbor salutifera. O q̃ felix q̃ preclara: fuit hec salutis ara rubẽs agni sanguine. Agnus sine macula: qui mũdauit secula: ab antiquo crimine.

¶ Cõstrue. Oẽs. s. famuli dicant. et singuli dicant. o salutifera arbor salus totius populi aue. O q̃ felix. i. valde sancta. & q̃ preclara (full clere) fuit hec ara. i. altare salutis. s. nostre rubens (beyng redde) sanguine agni. i. xp̄i. ille agnus sine macula. i. pctõ. q mũdauit secula ab antiquo crimine (from the olde synne.)

Hec est scala peccatorum: per quam xp̄us rex celorum ad se traxit omnia. Forma crucis hoc ostendit: que terrarum cõprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramẽta: nec recenter est inuenta crucis hec religio.

¶ Cõstrue. Hec scilicet crux est scala peccatorum. per quam scalam xp̄s rex celorum traxit omnia ad se. Forma crucis ostendit. que forma crucis comprehendit quattuor confinia. i. partes terrarum. noua sacramenta non sunt. nec hec religio. i. sanctitas crucis est inuenta recenter. i. nouiter.

Ipsa dulces aquas fecit: per hanc silex aquas iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce munit homo super luminaria. Neq3 sensit gladium: nec amisit filium quisquis egit talia.

¶ Cõstrue. Ipsa. s. crux fecit dulces aquas. & silex (the flynt stone) iecit. i. eiecit aquas officio moysi. i. p moysem figurato. p hanc. s. cruce nulla salus est in domo nisi hõ munit. i. muniat sup luminaria. cruce. i. cũ cruce & v̄tute crucis. q̄sq3 egit talia. hoc ẽ bõa fide. neq3 sẽsit (he felte) gladiũ. nec amisit filiũ. s. suũ. ¶ Nota in l'ra põt poni liminaria ad limẽ (dust) ptinens. & luminaria. vt aliq libri hñt.

Ligna legens in serepta spē salutis est adepta paup mulier cula. Sine lignis fidei: nec lechitus olei valet nec farinula. In scripturis sub figuris ista latēt sz iā patēt crucis bñficia.

¶ Cōstrue. Pauper mulercula legēs. i. colligens ligna in serepta. i. illa sylua vel in illa ciuitate. adepta est (she gate) spē salutis. nec lechitus olei (et est vas de aurieaulco factū) nec farinula. i. modica farina valet sine lignis fidei. ista be neficia crucis latēt. i. abscōdūt sub figuris. sz patēt iā in scripturis. s. passiōe xpi.

Reges credunt hostes cedunt sola cruce christo duce hostis fugant milia. Ista suos fortiores semp facit et victores mor bos sanat et languores: deprimit demonia.

¶ Reges credūt. hostes cedūt. i. occidūt sola cruce. i. virtute solius crucis. fugant. i. in fugā vertunt milia hostis. i. hostiū. hoc dico xpo duce. ista crux facit suos. s. seruos fortiores et victores. et sanat morbos et languores. et scz crux deprimit (putteth downe) demonia. i. demones.

Dat captiuis libertatem: vite cōfert nouitatē: ad antiquam dignitatem crux reduxit omnia. O crux signū triumphale: mundi vera salue vale inter ligna nullum tale: fronde flore germine. Medicina christiana salua sanos egros sana qđ non valet vis humana fit in tuo nomine.

¶ Construe. Crux dat captiuis libertatē (fredom) et cōfert. i. dat natiuitatē vite. et. s. crux reduxit (hath brought agayn) oīa ad antiquā dignitatē. O crux existens signū triūphale. ⁊ vera salus mundi vale (farewel) nullum scz lignum est tale. i. tante virtutis inter ligna. s. in fronde flore germine. O crux existens medicina xpiana. i. xpianorꝫ. salua sanos. ⁊ sana egros. i. infirmos. sup. illud fit in tuo noīe. i. virtute. qđ humana vis. i. potestas non valet. s. perficere. ¶ Frons frondis. i. folium (a leef.) ¶ Germen minis. i. fructus.

Insistentes crucis laudi consecrator crucis audi: atqꝫ seruos tue crucis: post hāc vitā vere lucis transfer ad palacia. Quos tormento vis seruire: fac tormēta non sentire: sed cū dies erit ire: nobis cōfer ⁊ largire sempiterna gaudia. Amē.

¶ Construe. O xpe consecrator crucis. audi insistētes in laude crucis. atqꝫ pr. transfer seruos tue crucis ad palacia vere lucis post hanc vitā. O xpe fac. scz illos. quos vis seruire tormento nō sentire tormenta gehēne. sed cū dies ire. i. iudiciū erit confer. i. da. ⁊ largire nobis sempiterna gaudia. i. eterna gaudia.

¶ De sancto michaele.

Ad celebres rex celice laudes cuncta. Pangat nūc canora caterua symphonia. Odas atqꝫ soluat concio tibi nr̄a. Cū iā renouātur michaelis inclyta valde festa per

quem letabunda perornatur machina mundi tota. Nonies distincta neumatum sunt agmina per te facta. Sed cū vis hec factis flammea per angelicas officinas.

¶ In ista sequētia non tantū fit mentio de scō michaele: sed etiā de oībus spiritibus celi. Michael interpretatur quis vt deus. & quotiēs vt ait Gregorius mire virtutis aliqd agitur michael mitti phibetur. ¶ Cōstrue. O celice rex cūcta caterua. s. xpicolarū pangat. i. pangēdo cātet nūc canora symphonia. i. ꝯcordātia vocū ad celebres laudes. i. ad venerabiles laudes. s. tui regis. atqꝫ ꝑ &. nostra cōcio. i. concio nroꝝ terrenoꝝ hoīm. soluat. i. reddat tibi. s. regi xpo odas. i. cantica dulcedinis. cū. i. qñ valde inclyta festa. i. gloriosa festa michaelis renouantur. iā. per quē. s. michaelē. tota letabūda machina mūdi perornat. i. pfecte ornatur. O. s. celice rex agmina neumatū. i. spirituū vel angeloꝝ. distincta. i. diuisa. nonies. i. per nouem ordines angeloꝝ sunt facta per te. sed o celice rex tu facis hec. s. agmina neumatum flammea. i. cōburētia quasi flāmans. per angelicas officinas (media producta) idest per officia angeloꝝ. cum vis. i. velis. ¶ Hec machina ne. i. fabrica mundi. ¶ Neumatis. i. spiritus.

Inter primeua sunt nam hec creata tua: cum simus nos vltima factura: sed imago tua. Theologa cathegorisent symbola nobis hec ter tripertita per priuata officia. Plebs angelica phalanx & archangelica principans turma virtus vranica: ac potestas almiphona dñantia numina diuinaqꝫ subsellia cherubin etherea ac seraphin ignicoma. Vos o michael celi satrapa gabrielqꝫ vera dās verbi nūcia: atqꝫ raphael vite vernula: conferte nos inter paradysicolas.

¶ Construe. Nā. s. hec agmina neumatū. sunt creata inter tua primeua. i. inter tuas primas creaturas. cū nos. scꝫ terreni simus vltima factura. sed sumus tua imago. i. conditi ad imaginē tuam. theologa symbola. i. collationes sciētie vel dogmata theologoꝝ. cathegorisent. i. predicāt vel signant nobis hec. s. agmina neumatū ter tripertita. i. per nouē ordines. disposita ꝑ priuata officia. i. ꝑ secreta officia. angelica plebs. i. plebs angeloꝝ. & archāgelica phalāx. i. comitiua archāgeloꝝ. & principās turma. i. turma principatus sūt. s. in pͥma hierarchia (media ꝑducta). i. in pͥma habitatione. vranica ꝟtus. i. ꝟtutes. qꝫ ꝑ &. et almiphona ptās. i. ptātes. & numina dñantia. i. dñationes. s. sunt in scda hierarchia. i. in secūda hitatiōe. qꝫ ꝑ &. et diuina subsellia. i. throni: vel ille ordo angeloꝝ in qbus ipse dñs residēs in suo throno alioꝝ examinat facta. cherubin etherea. i. ille ordo angelorum qui est sursum in celo. ac ꝑ &. et seraphin igni coma (media correpta. ignicomus a. um. i. igneas hñs comas splēdētes ad modū ignis). s. sunt in tertia hierarchia. i. in tertia hitatiōe. O michael satrapa. i. pnceps vel dux celi. atqꝫ ꝑ &. o gabriel dans. i. dicens vel ferēs vera nūcia ꝟbi. s. filii dei. atqꝫ ꝑ &. o raphael vernulla. i. famulus vite. vos cōferte. i. cōferēdo ponite nos in paradysicolas. i. inter hitatores paradysi. ¶ Nota phalāx cis. proprie est exercitus equitū. sꝫ hic trāsumit ad designādū excellētiorē ordinē angeloꝝ. qꝛ sicut eqtes

sunt super pedites, sic phalanx archangelica. i. exercitus archāgelorꝝ est super angelos. ¶ Uranicus a. um. i. celestis splēdens quasi ignis. et dr de hic uranus idest celum emperiū splendens vndiqꝫ sicut ignis in calore suo. ¶ Hoc est sub sellium. i. subsedes vel sedes vel scānū. minorꝝ vt discipulorū. sed cathedra est maiorū. vt doctorum vel magistrorꝝ. ¶ Ignicomus a. um. i. ardēs in charitate et amore dei. quasi ignis emittens comas igneas. et cōponitur de ignis ꝛ coma. i. habens ignitas comas. ¶ Hic satrapa. i. princeps. ¶ Gabriel interpretatur fortitudo dei. ¶ Raphael interpretatur curatio vel medicina dei. ¶ Hic et hec vernula. i. famulus vel seruus domi genitus vel nutritus. ¶ Paradysicola dicitur ille vel illa qui vel que inhabitat paradisum.

Per quos cuncta patris complentur mandata que dat eiusdem sophia: compar quoqꝫ neuma vna permanens in vsia. Cui estis administrātia deo milia milium sacra. Vices per bis quinas: bis atqꝫ quingenta dena. Centena millena assistunt in aula ad quam rex ouem centesimam. Terrigenamqꝫ dragmam decimam: vestra duxit super agalmata.

¶ Construe. Per quos. s. michaelem gabrielem et raphaelē. cūcta mādata patris cōplent. qui. s. mandata sophia. i. sapiētia. s. filius dei. dat. et neuma. i. spūs sanctus cōpar sophie. i. filio et prī. pmanēs in vna vsia. i. vna substātia seu essētia. Cui. s. deo sacra agmina neumatū. s. milia milium. vos estis administrantia deo per bis quinas vices. i. alternationes per decem ordines. et p quingenta vices. i. quinqꝫ centū. et per bis dena. i. viginti centena millena assistunt in aula. sez celesti. ad quā aulam rex sez celi duxit centesimā ouē. i. mariā designatā. et terrigenā. i. de terra facta. qꝫ p ꝛ. decimā dragmā. i. mariā designatā. sup vestra agalmata. i. sup vestrā sedē vel altitudinē angelorꝝ. ¶ Hoc agalmatis.

Vos per ethera nos p rura dena pars electa armonie: vota demus hyperlyrica cythara. Ut post bella michaelis inclyta. Nostra sint deo accepta auream circa aram thimiamata. Quo in celesti iam glozia. Condecantemus alleluya.

¶ Construe. O agmina neumatum. vos estis per ethera. i. sursum in celo. nos sez terreni dena pars. i. decima pars electa. hoc est ad supplendū decimū ordinem angelorꝝ (qui descendebāt cū lucifero ad infernū) nos demus vota. i. desideria armonie. i. dulcedinis. p rura. i. terras. hyplyrica. i. dulci cythara. vt nrā thimiamata. i. sacrificia. hoc thimiamatis (franke encense) sint accepta deo. i. a deo. circa auream aram. i. altare. post inclyta. i. gloriosa bella michaelis. quo p ut. cōdecantemus alleluya. i. canticum laudis. in celesti gloria. Amen. Hyperlyricus a. um. i. dulcis vel delectabilis. ab hyper. i. super. et lyricen. quasi super dulcia lyre cantica. Unū. Dic hyplyricus recte super omnia dulcis.

¶ Sequitur prosa de omnibus sanctis.

¶ In festo omnium sanctorum.

Christo inclyto candida nostra canant melodiā agni

na. Laudes omnibus dantia sanctis per hec sacrata festalia. Mariam primũ vox sonet nostra ꝑ quã nobis vite sunt data premia. Regina q̃ es mr̃ et casta: solue nostra per filiũ peccamina. Angeloꝝ concio sacra et archangeloꝝ turma inclyta. Nostra diluant peccata prestendo supera celi gaudia.

¶ In ista sequentia primũ inuocamus in auxiliũ nostrũ beatã virginẽ q̃ est sãtissima. Deinde archãgelos. et angelos. deinde patriarchas et ꝓphetas: inter quos beatus iohãnes baptista tenuit principatũ. deinde apostolos quorũ princeps petrus extitit. deinde martyres quoꝝ primus fuit stephanus qui dr̃ corona ꝓpter principiũ martyriũ (stephanus grece corona dr̃ latine) deinde confessores: inter quos beatissimus fuit martinus. ibi. Martine inclyte ꝛc̃. et sic de singulis. ¶ Construe. Nostra candida agmina. i. multitudo lucida xp̃i fideliũ canant melodiã. i. dulce canticũ. inclyto. i. glorioso xp̃o. agmina dico dantia laudes omnibus sanctis. ꝑ hec sacrata f. stalia. i. ꝑ has festiuitates. et nostra vox sonet idest sonãdo laude i mariã. primũ. i. primo. ꝑ quam mariã premia vite sunt data nobis. O regina q̃ es casta mater scʒ xp̃i. solue nostra peccamina. per filiũ scʒ tuũ et sacra concio. i. societas angeloꝝ ⁊ inclyta turma archangelorũ diluant. i. abluant iam nr̃a pctã. prestando. s. nobis supa. i. supna gaudia celi.

Tu propheta preco lucerna atqʒ plusq̃ propheta. In lucida nos pone via nostra mũdans corpora. Apostoloꝝ princeps atqʒ iuncta caterua. Iam corrobora vera q̃sumus in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilans in corona: sanctorum martyrum turma inclyta. Fortia date corda corpora eque firma sacra [illegible]t hostem vincant rite spicula.

¶ Construe. O san[illegible]hannes tu ꝓpheta et preco et mũdus precedẽs xp̃m. et lucerna. s. popul[illegible]sq̃ ꝓpheta. pone nos in lucida via. et mũdans nostra corpa. O scẽ per[illegible]eps aploꝝ. cũ te iũcta. i. associata cũcta caterua. i. multitudine aploꝝ [illegible]ra. i. cõforta pectora. i. corda plebis in vera doctrina. O gloriose stephane rutilans in corona. qʒ ꝓ et. inclyta turma sanctoꝝ martyꝝ date corda scʒ esse fortia. et corpora scʒ esse eque firma. vt sacra spicula (that the holy dartys) vincant rite. i. continue hostem scʒ diabolum.

Martine inclyte presulumqʒ omnis caterua. Suscipe nũc pia modo nostra clemens precata.

¶ O inclyte. i. gloriose martine. tu clemẽs suscipe nũc nostra pia p̃cata. et omnis c[illegible]erua. i. societas p̃sulũ. s. suscipiat modo nostra pia precata. i. preces.

Regina virginum premaxima tu mater es incorrupta virgo et grauida. Sacrata domino et castitas nostras serua animas mundaqʒ corpora.

¶ Construe. O regina virginũ premaxima. tu es mr̃ incorrupta. et virgo grauida. et castitas sacrata domino. serua aĩas. qʒ ꝓ et. munda nostra corpora.

Monachorum veneranda suffragia: omniumque sanctorum con tubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora. Nosque ducant ad supera polorum vera gaudia. Subiungant pium agmina amen redempta.

¶ Veneranda suffragia monachorum. et cõtubernia. i. societas oim sctorum. gubernent nra tempora p assidua pcata. i. auxilia. et ducant nos ad supa vera gaudia polorum. agmina redempta subiungant pium amen. vel piũ pro piorum.

¶ In festo sancte katherine virginis.

Odas in hac die letas: xpo canit omnis etas corde voce fidibus. Omnẽ spectat ad etatem katherine dignitatem tumulare laudibus. Hec est illa costi nata cuius ortu decorata gloriatur grecia.

¶ Katherina dr a katha qd est vniuersũ. et ruina. qsi vniuersalis ruina. ois enĩ edificiũ diaboli in ea vniuersalit corruit. Nã ĩ ea ruit edificiũ supbie ꝛc. ¶ Cõstrue. Ois etas. i. ois hõ cuiuslz etatis canit xpo letas odas. i. leta cãtica in hac die. corde/voce/fidibus/ spectat. i. ptinet ad oẽz etatẽ tumulare. i. augere dignitatẽ katherĩe. laudibus. i. cũ laudib9 hec. s. katheria ẽ illa nata. i. filia costi. illi9 regis ortu cui9 grecia. i. illa patria decorata. i. ornata gl'at. i. pludit vel iocũdat.

Hec est q̃ mnã sibi datam xpo reddit decuplatã oris eloquẽtia. Scolis vacans artes discens altiora cõcupiscens studet euangelio. Duo legens testamẽta: vere vidit alimẽta: xpm in precepio. Cibo dulci refouetur: quo plus gustat plus augetur: sanctum desideriũ. Cibo conformatur isti se configẽs cruci christi currit ad martyrium.

¶ Cõstrue. Hec. s. katherina est. s. illa femina q̃ femina reddit xpo mnã datã sibi mnã dico decuplatã (them felde dowble) eloquẽtia. i. ex eloquẽtia. qua sãcta katherina dico vacãs. i. indulgẽs scholis et discẽs artes. et cõcupiscens altiora studet euãgelio. i. in euangelio. sctã katherina dico legẽs. i. plegens. duo testamẽta. i. nouũ testamẽtũ et vetus testamentũ vidit xpm in presepio. xpm dico. s. existentẽ alimẽta (the nory sshynge) vite (of lyfe) sãcta katherina dico refouetur (is fed) dulci cibo. i. delectabili cibo. quo. i. quanto gustat plus sanctũ desideriũ auget plus tanto. et. s. katherina cõfigẽs (festenynge) se cruci xpi currit ad martyriũ. i. ad passionẽ. ¶ Hec mna mne. debet scribi in ante n q̃ fm Papiã sexaginta siclos habet. ¶ Studere. i. diligentiã adhibere. ¶ Item euangeliũ dicitur ab eu quod est bonum. et angelus. i. nuncius. quasi bona nunciatio.

Rex hinc terret hinc blanditur: hec non timet nec lenitur pre mentis constãtia. Hinc terrores vt fauille hinc res serui vel ancille spernuntur vt vilia.

¶ Construe. Rex terret hinc. i. aliquãdo katherinam. et rex blanditur hinc katherine. hec scilicet katherina nec timet nec lenitur. i. pre cõstantia mentis hinc

spernunt. vt ꝓ sicut fauille (as the sparkes) huic. i. postea res. i. diuitie vel bona sui. i. famuli. vel ancille. i. famule. vt pro sicut vilia (as a thynge of no pryce.)

Sapientes superātur: credunt xp̄o flāmis dantur: sed non perit fimbria. Carceratur virgo cesa visitatur fit illesa supernum presentia. Quam regina dum solatur ad certamen inuitatur fauet ouans coronatur certatur die tertia.

¶ Construe. Sapientes supant. i. vincunt. s. disputādo a katherina. et credūt xp̄o. et ipsi dant flammis. i. ignibus. sed fimbria (the hemys) scz sapientū nō perit. katherina virgo cesa. i. verberata. incarcerat. et visitat. s. ab angelis. et fit illesa. i. sana presentia. i. ꝑ presentiam supernū. i. celestiū angelorum. quā scz katherinā dum regina. scz celi solatur. i. cōsolatur. ipsa inuitat ad certamen. i. pugnā ⁊ regina fauet (assenteth) ouans. i. gaudēs certat. i. pugnat. et coronat tertia die.
¶ Hec fimbria fimbrie. extrema pars vestimenti.

A columba dū cibatur virgo rota fabricatur orat nexus dissipatur sternitur plebs impia. Tot triumphans in tormētis ad superna cum ducētis premittit porphirium. Impetrato quicquid orat: ferit lictor lac irrorat: ferientis gladium.

¶ Construe. Dum scā katherina virgo cibat a colūba. i. spū sctō rota (whele) fabricatur et katherina orat. ⁊ nexus. i. vinculū dissipat. destruit. ⁊ impia plebs idest ꝑfida iudia. sternitur. i. occidit (is slayne) et dico katherina triūphans. idest victoriā habens in tot tormentis. premittit porphiriū illū hostem. cum ducentis. s. militibus. ad superna scz gaudia. hoc dico cum illo. quicqd orat impetrato. lictor. i. totter (the man queller) ferit. i. ꝑcutit. s. caput sancte katherine et lac irrorat. i. madidat gladium ferientis. s. lictoris. ¶ Nota hic nexus gus. ui. i. vinculū vel dr̄ illud quod pariter nectit duo. vt in scala sunt canille que annectunt ambo latera scale dicuntur nexus ꝑ quos scanditur et descenditur.

Corpus celit⁹ sublatū est, in syna tumulatū tūba manat oleum. Syna signis illustratur celū sibi glorianť addi sydus aureū. Virgo sydus honestatis dux ⁊ decus ꝓbitatis xp̄i reos maiestatis xp̄o recōcilia. Vas virtutū vita morū: flos odoris odor florum: nos tuere nos colorum transfer ad palacia.

¶ Construe. Corpus. s. katherine est sublatū. i. euelatū celitus. ⁊ tumulatū. i. sepultū syna. i. in illo mōte. et tūba. s. scā katherine. manat. i. manendo sudat oleū syna. ille montis. illustratur signis. i. miraculis. celū gloriať addi sibi aureum sydus. O katherina virgo et sydus honestatis ⁊ dux. et decus ꝓbitatis reconcilia. i. repacifica xp̄o nos reos maiestatis xp̄i. et o vas virtutū ⁊ vita morum. et flos odoris. et odor florum. tu tuere. i. defende nos. et transfer nos ad palacia celorum.

¶ De cōmuni sanctorum sequentia.

¶ In natali vnius apostoli.

Clare sanctorum senatus apostolorū princeps orbis

Clare sanctorum senatus apostolorum princeps orbis terrarum: rectorque regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt ubique. Anthiocus et remus concedunt tibi petre regni solium.

¶ Construe. O clare senatus. i. societas sanctorum apostolorum. dico princeps orbis terrarum. quasi pater et rector regnorum. tu moderare. i. temporare mores et vitam ecclesiarum. i. christifidelium. que. s. ecclesie sunt ubique fideles per tuam doctrinam. O petre anthiocus illa ciuitas anthiochia. et remus. i. roma concedunt tibi solium. idest sedem episcopalem. regni. i. regiminis.

Tyrannidem tu paule alexandrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido.

¶ Construe. O paule tu inuasisti. i. ingressus es greciam. i. illam prouinciam. s. patiendo alexandrinam tyrannidem. i. crudelitatem illius ciuitatis alexandrie. O mathee tu venisti. i. vestiuisti horridos. i. ethiopes. i. abhominabiles mauros (morys in hymen) candido vellere. i. alba pelle. agnelli. i. parui agni. s. christi. qui nesciat. i. non possit scire aliquas maculas. i. peccata.

Thoma Bartholomee Johannes Philippe Symon Jacobique pariles. Andree Thadee: dei bellatores inclyti. Et nos oriens et occidens: immo teres mundi circulus se patres habere gaudent et expectant iudices. Et idcirco mundus omnis laudes vobis et honorem sanctis debitum supplex impendit.

¶ Construe. O thoma. o bartholomee. o iohannes. o philippe. o symon. quasi pater pariles iacobi. scilicet maior et minor. o andrea. o thadee inclyti bellatores dei enim. i. ecce oriens et occidens. et teres. i. rotundus circulus mundi gaudent. immo. i. certe se habere patres. et expectant vos esse iudices. et idcirco omnis mundus supplex. i. humilis impendit vobis sanctis laudes.

¶ In natali unius apostoli.

Alleluya nunc decantet vniuersalis ecclesia. Extollendo laude celsa apostolorum preconia. Quorum princeps per crucem scandit petrus alti poli culmina. Doctor orbis triumphat sub nerone urbe romulea.

¶ In ista prosa enarrantur passiones apostolorum. et vbi passi sunt breuiter. ¶ Construe. Uniuersalis ecclesia decantet nunc alleluya. extollendo. i. subleuando preconia. i. annunciationes laudis apostolorum. celsa. i. alta laude. Quorum apostolorum. Petrus princeps scandit. i. ascendit alta culmine. i. altitudines poli. i. celi. per crucem. i. passionem crucis. Paulus doctor orbis. i. mundi triumphat in romulea idest romana urbe. sub nerone. s. imperatore.

Crux andree digna confert premia. Jacobus uterque nitet laurea. Egeas illum hos iudaica gens transmisit ad ethera. Sunt matheo sunt iohanni. Duo clara gratiarum munera. Hyrtacus illum necat hunc suas iesus vocat ad epulas.

¶ Crux. i. passio crucis cōfert digna premia andree. uterque iacobus. s. maior et minor. nitet. i. splēdet laurea. i. cū corona facta d[e] lauro. Egeas ille hō transmisit illū. s. andreā ad ethera. i. ethereum celum. & iudaica gens transmittit h[os]. s. iacobū maiorē et minorē ad ethera. duo clara munera grarū sunt collata matheo et iohanni. s. euangelistis. Hyrtacus. ille rex necat illum matheū. & iesus vocat hunc iohannem ad suas epulas. i. ad celestia.

Philippus christi gratia docens predicat in scithia. Thomas confossus lancea: cursum cōsummat in indea. Symō et iudas dū sacra perses ostendunt monita. Fusus sanguis ambos stola perlustrauit purpurea.

¶ Construe. Philippus gra xpi docēs predicat in scithia. s. patria. thomas. s. dyndima. cōfossus. i. perforatus. i. consummat cursum scz pñtis vite. in india. s. patria. dum symon et iudas ostendunt sacra monita persis. i. in persia. sanguinis fusio perlustrauit ambos purpurea. i. rubea stola.

Bartholomeus dat indis vite dogmata. Mathie culmen dedit sors apostolica. Plaudat ergo tellus: plaudat celorū curia. Et hac die sacra plaudat presens familia. Honorādo sacrosancta apostolorum merita.

¶ Bartholomeus dat dogmata vite. indis. i. poplis de india. Apostolica sors dedit mathio culmen. s. aplatus. Ergo tellus. i. terra cū curia celor. et presens familia plaudat hac sacra die. honorando sancta merita apostolorum.

Hi sunt candelabra ante deum lucētia. Hi prelati celsa summi regis in curia. Hi sal terre: hi lux mundi: hi clara celi lumina. Jam palma: iam corona: iam promissa olim mensa illis est apposita.

¶ Hi. s. apostoli sunt cādelabra lucentia ante deū. hi sunt prelati. i. prepositi in celsa curia summi regis. s. dei. hi apostoli sunt sal. i. sapientia terre. hi sunt lux mundi. hi sunt clara lumina mūdi. palme. i. victoria. & corona. i. merces. & mēsa scz celestis promissa. est apposita. i. data iam illis scz apostolis.

O quanta quam preclara quam iocunda celebrantur illorum solennia. His nostra sic solennia. Sint vota sint preconia. Sint gratia laudum carmina.

¶ O quanta quam preclara et quam iocunda solēnia illor apostolor celebrantur nra solennia. i. solenitates sint gratia his. s. aplis. & nostra vota. i. desideria nostra preconia. et nostra carmina laudum sint gratia his scz apostolis.

¶ In natali vnius euangeliste.

Laus deuota mente choro cõcinente xp̃o sit cũ gloria.
Qui euangelistas veri dogmatistas insigniuit grã
Quiqz suo more lucem ex fulgore dat per orbis clymata.
Tales dum elegit per quos i[illegible] subegit hereses ꝛ scismata.

¶ Construe. Laus sit xp̃o cũ gloria. choro cõcinente. cũ deuota laude q insigniuit euangelistas dogmatistas. grã veri. i. veritatis. quiqz dat lucem ex fulgore. suo more ꝑ clymata orbis. dũ xp̃s elegit tales ꝑ quos subegit hereses. ꝛc.

Hi bis bini fontes valles atqz montes irrigãtes flumine.
Orti paradyso mundum in diuiso illustrantes famine.
Illos per bis bina visio diuina signat animalia.
A quibusdam visa formis tunc diuisa gestu sed equalia.
Pennis decorata terris eleuata cum rotis euntia.
Facie serena oculorum plena verbi dei nuncia.

¶ Construe. Hi euangeliste sunt bis bini. i. quattuor fontes orti paradyso. illustrantes mundũ famine. i. sermone in diuiso. et irrigantes valles atqz mõtes flumine. visio diuina signat illos ꝑ bis bina aĩalia visa a qbusdã hoĩbus diuisa formis. sed equalia gestu et decorata pẽnis: eleuata a terris euntia cum rotis et serena facie. dico aĩalia plena oculorum et nuncia. i. nũcii verbi. i. filii dei.

In his possunt cerni anuli quaterni: quibus archa vehitur.
Quorum dogma sanum: ꝑ samaritanũ circũquaqz seritur.
Tali quasi plaustro: mulier ab austro salomonem adiit.
In hac seu quadriga agnus est auriga qui pro nobis obiit.
Istis in bis binis caput est et finis xp̃us complens omnia.
Horum documentis: horũ instrumentis: florens stat ecclĩa.
Horum nos precatu mortis a reatu: saluat xp̃i gratia.
Horum vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celestia.

¶ Construe. Quaterni anuli. i. quattuor circuli. quibus. s. anulis archa vehitur possunt cerni. idest videri. in his scz euãgelistis sanum dogma idest doctrinam. quorum scz euangelistarum seritur (a sowen) circũquaqz ꝑ samaritanum scilicet xp̃m. Mulier scz veniens ab austro adiit ad salamonem. tali quasi plaustro. xp̃s complens omnia est caput. i. principium ꝛ finis in istis bis binis. idest quattuor euãgelistis. seu pro sicut agnus. i. xp̃s qui obiit pro nobis est auriga in hac quadriga. ecclesia florens stat documentis. horum. s. euangelistarum. et instrumentis horum. s. quattuor euangelistarũ. gratia xp̃i soluat. i. absoluat nos a reatu. i. peccato mortis. precatu. i. rogatu horũ euangelistarum. vt diuina virtus nos ducat ad celestia. et hoc doctrina horum euangelistarũ. ¶ Hic anulus li. i. circulus. ¶ Hec quadriga ge (a charet) quattuor rotarum. ¶ Auriga ge (a carte.) ¶ Plaustrum. i. currus quattuor habens rotas.

¶ In natali unius martyris.

Organicis canamus medulis nunc. N. solēnia. Omnigenis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in sanctis suis mirabilis multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat.

¶ Construe. Nos canamus. i. laudamus nunc solēnia. N. organicis modulis. idest delectabilibus cātibus. nos dico reddētes omnigenis vocibus (with all maner voyces) odas. i. laudes debitas dño. qui. s. dñs exñs nimis mirabilis in suis sanctis. i. inter suos sctōs. decorat. i. veneratur. ac ꝑ ⁊ adornat mirifice. i. mirabiliter eosdē. s. sctōs. multiplici flore. i. multiplicibus floribus virtutum.

Nam in ipsis quasi quibusdam musicis instrumentis. Digito proprio fides agitat: fides virtutum sonoras. Has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis dyatesseron mellifluam melodiam.

¶ Construe. Nam ꝑ quia. fides xp̄i agitat. i. excitat sonoras fides (wele sownynge strynges) virtutum. ꝓprio digito. in ipsis scȝ sāctis. quasi in quibusdam musicis instrumentis. fides dico ꝑcurrens. i. transcurrens numerose (by nomber) aduerbialiter. has singulas fides. ꝑmiscet singulis. s. diebus. dyatesseron (a voyce of foure tonys or voyces) dyatesseron dico mellifluam melodiā (a full swete melodye.) ¶ Dyatesseron dr̄ cantus constans ex quattuor sonis. et ita pariformiter fides ꝯstat ex quattuor virtutibus cardinalibus. scȝ fortitudine / temperantia / iusticia / et prudentia.

Quam generat virtutū mater illa. Que aliis decenter composita reddit suauē symphoniā. Qua sine cuncta fiūt dissona. Necnon ⁊ friuola. Qua cū oīa fiūt cōsona necnon vtilia. Qua iusti bene morati rite. Petentes excelsa poly sydera. Alacres decantat noua cantica in cythara treicia.

Quoꝝ agentes festa mereamur cōsortia in celesti pr̄ia.

¶ Construe. Quam. s. melodiā illā. s. fides mater virtutum generat. que. s. me cōposita. i. ornata decenter aliis. i. cum aliis virtutibus reddit suauē symphoniam. sine qua. s. symphonia. cuncta fiunt dissona. i. discordantia. et necnō friuola cum qua. scȝ fide oīa fiunt cōsona. i. cōcordantia. necnon vtilia. qua. s. fide iusti bene morati. i. bene instructi. iusti dico petentes rite. excelsa sydera poli. decantant alacres. i. alacriter. noua cantica in treicia cythara (orpheis harpe) qui scȝ orpheus fuit excellentissimus cytharista. festa quorum nos agentes. i. celebrātes mereamur consortia eorum in celesti patria. i. in celo. ¶ Nota cythara treicia dicitur cythara orphei qui fuit optimus cytharista. qui orpheus de treicia quadam regione fuit ortus. i. natus.

¶ Plurimorum martyrum.

Ecce pulcra canorū resonet voce alleluya. Intimans

requiem ciuibus inclytam. Felicia nimium angelorum ruti lant agmina. Sancte sancte sancte xpo ouanter proclaman tia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida lampa-da: tribus et linguas iudicantia.

¶ Cōstrue. Ecce. i. vide canorum alleluya. i. sonor cantici laudis. resonet pul chra voce. alleluya dico intimans. i. ostendens inclytam requiē. i. gloriosam re-quiē ciuibus. i. angelor spiritibus. qua. s. requie agmina angelor nimiū. i. val de felicia. rutilent. i. splendent. agmina dico proclamātia ouanter (ioyfully) xpo o sancte. s. pater. o sancte. s. fili. o sancte. s. spūssancte agmina dico iudicātia tri bus (lin ges) et linguas in sublimi cathedra. cathedra dico sede apostolorum. fulgida lampada (with the bryght of a lampe.)

Omnia vt stercora reputarunt tumida propter hoc emicant velut stella firmamenti clara. Stolis candidis martyrum adornantur colla. Hi sunt milites q mundi preliarunt bella. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iuste. Vel fide certantes. Respuerunt vana.

¶ Construe. Agmina dico reputarunt. i. estimauerunt omnia tumida. i. corru-ptibilia vt stercora. et emicant. i. splendent. s. agmina ppter hoc velut clara stel la firmamenti. i. celi colla martyrum. s. sanctorum adornātur candidis stolis. hi. scz martyres sunt milites qui preliarunt bella mundi. sancti. s. martyres coronā tur albis coronis. qui confitentes iustes. vel. s. sancti martyres certantes fide. i. propt r fidem. respuunt vana scz huius mundi.

Modo habent celestia regna. In qua triumphant dicentes optime. Siue decātant psallentes carmina. Arte laudiflua. Voce dulcisona. Regi xpo summittentes colla.

¶ Construe. Scilicet sancti martyres habēt modo celestia regna. in qua. i. per quam fidem sancti martyres dico dicentes optime triumphant. siue pro vel. scz martyres decantant. sancti martyres dico psallentes carmina. i. cantica arte lau diflua. i. plenus laude. et dulcisona voce. sancti martyres summitentes (b in m mutata ẜm Priscia.) idest supponentes regi xpo colla.

Multum recitaris laude spirituum atqz iubilaris in choro virginum alleluya. Dulcimoda te decantāt pudicum agmi na. Laus tibi sit semper christe omnia. Qui opitularis can-tantes talia voce pulchra alleluya. Et nosipsi proclamemus vna. Da nobis eterna florida regna vbi canteinus omnes alleluya.

¶ Cōstrue. O alleluya. i. canticum laudis. recitaris. i. repeteris multum. idest multipliciter laude. i. cum laude. spirituum. s. sanctorū. atqz iubilaris. i. recitaris

gestãs celestia numina. i. gratias in se. idest in seipso. sublimauit. i. exaltauit vehementer. idest fortiter catholica culmina. i. sancte matris ecclesie. per sancta eloquia. idest per sanctas predicationes.

Is nẽpe celse cõpos glorie nunc exultat inter letabũda & celicolarum ouãs cõtubernia. Sublimis extat sede supna fruẽs vita semper inexhausta: sat per saluberrima xpi pascua.

¶ Cõstrue. Is. i. ille. s. nempe p certe. cõpos. i. possessor celse glorie. exultat nunc ouans. i. ouanter inter letabũnda cõturbernia. i. letabũdas societates. celicolarũ. i. celũ inhabitãtium. s. extat. i. sublimis (hygh) supera sede. i. in superna sede. fruens semper vita inexhausta. i. infinita (vn endedlyfe) per saluberrima pascua (by the helefull pastures) sat. i. satis vel sufficienter.

O dignum cuncta laude precelsa. Presulum tanta nactum gaudia. Virtutum propter merita quibus viguit ardẽs velut lampada. Nos voce clara hunc et iocunda. Dantes oremus preces et vota.

¶ Cõstrue. O. i. miror. s. confessorem & pontificem sup. est dignũ cuncta precelsa laude. s. dico nactũ. i. adeptum. tanta gaudia presulũ. i. confessorem propter merita virtutum. quibus scilicet virtutibus supple. s. ardens velut lampada. i. lampas. i. lucerna. viguit. i. vigens fuit. nos dantes preces et vota oremus. i. precamur hunc. s. clara & iocunda voce.

Qui nobis ferat commoda impetret et eterna poscens premia. Quod petit presens caterua presulum gemma. Deuota repẽdens munia mente sincera. Fauendo sibi precum instantia: scilicet vt polorum intret lumina.

¶ Construe. Qui. s. s. poscens ferat. i. ferre debeat nobis commoda et eterna premia. s. scz existens gẽma presulũ. impetret. i. obtineat. s. illud quod presens caterua petit repẽdens. i. iterum tribuens. s. deuota munia. idest deuota seruicia. syncera. i. clara mente. fauendo. i. fauorem habendo. sibi societati. instantia precum. vt scz caterua intret lumina. i. portas polorum.

Quo intra iã palacia stantes suprema leti gratulemur adopti polorum regna. Qui tua presul sistentes hac aula iubilemus ingenti cum leticia recinentes nũc dulcia celsaqz alla.

¶ Construe. Quo pro vt. vt nos leti stantes iam intra suprema palatia gratulemur. i. gaudeamus. nos dico adepti. i. adipiscentes regna polorum. i. celorũ. O presul nos ꝗ sistẽtes. i. stãtes in hac tua aula. iubilemus. i. cũ iubilo letemur. recinẽtes. i. iterũ canẽtes nũc dulcia alleluya. i. cantica laudis. & celsa alleluya.

¶ In festo vnius virginis martyris.

Exultemus in hac die festiua. Recolentes domini magnalia in sanctis qui operantur maxima. Qui inter

sui potentie mira in virginum est maximus gloria. Sua etenim gratia mundi viluit virginibus pompa. Atqz cōtra precepta regum restitit virginalis pugna.

¶ Construe. Nos exultemus. idest gaudemus in hac festiua die. i. solenni nos dico recolentes magnalia dñi. qui operantur maxima in sanctis. i. inter sanctos qui est maximus in gloria virginum. inter mira. i. mirabilia sue potentie enī pro quia pompa. i. superbia mūdi. viluit. i. sordida fuit (a vileo es. ere. idest esse vel fieri vile) virginibus sua gratia. i. dilectione sui. atqz pro et. virginalis pugna. restitit. i. contra stetit. scz precepta regum.

Furit rabies vesana deuicta tristatur malicia. Crudescit in carne tenera maior exquirit tormenta. Sed tūc stat firmior caro virginea. Cum multiplicantur noua supplicia.

¶ Cōstrue. Uesana rabies (the wode rageousnes) scz regum furit. idest insanit malicia. scz regum deuicta (ouercomyn) tristatur. et scz malicia crudescit. i. crudelis existit. in tenera carne virginum. et scz malicia regum exquirit maiora tormenta. sed virginea caro. idest fides virginum stat firmior. i. securior. cū pro quando noua supplicia multiplicantur. idest increscant.

Pro eterna quam expectant a deo gloria letantur mortalia affligi sua corpora. Quia sunt transitoria. Et in motu subito labentia mundi gaudia. Ut flores decidua.

¶ Supple virgines letantur sua mortalia corpora affligi. idest puniri pro eterna gloria. quā scz gloriam expectant a deo. quia gaudia mundi sunt transitoria et labentia. idest cadentia in subito motu (in a sodē meuynge) gaudia dico decidua. idest cadentia vt flores. Et dicitur a decido is. quod cito cadit vel euanescit.

Ex hac virgineaz sorte claruit. N. Cuius hodie celebramus solennia. Splendēs inter alias vt lucifer inter minores stellas. Uirgo beata fortiter ferens omnia: nec mori recusans pro gloria pro nobis pie deum exora. Ut tecum in aula exultemus etherea pace perpetua. Pro sanctorum virgo gloriosa collaudemus dominum gloria.

¶ Construe N. claruit ex hac virginea sorte (of this maydes noumbre) solennis. idest festiuitates eius. N. celebramus hodie. N. dico splendēs inter alias. scilicet virgines. vt pro sicut lucifer (illa stella prenuncia diei future) inter minores stellas. N. dico tam beata virgo ferens. idest patiens fortiter omnia. nec pro non et recusans mori pro gloria. scilicet eterna. exora pie deum pro nobis vt exultemus tecū in etherea aula. i. celi. perpetua pace. o gloriosa virgo exora deū. vt collaudemus dominum pro gloria sanctorum.

¶ In festo vnius virginis et non martyris sequentia.

Virginis venerande de numero sapientum festa celebremus socii. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii. Et luxuriam secuit ense agonie.

¶ Construe. O socii nos celebremus festa. i. solennitates venerande virginis supple de numero sapientum. i. quinque virginum. virginis dico filie matris supple omne summi regis sacrosancte marie. quam. s. virginem filius dei adoptauit in sororem. hec supple virgo domuit domare. i. castigare. mansuetum facere (hath tamyd) suum corpus freno ieiunii. et hec virgo secuit. i. separauit. diuisit luxuriam supple a se. ense agonie. i. pugne mortis. vel fiducie seu victime. ¶ Hec agonia nie. penultima producta. i. agon.

Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta xpi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Tuque iam dulcibus plena deliciis. Xpo miserias nostras suggerito. Nobis consolationem precando.

¶ Construe. Hec supple virgo dimicauit. i. pugnauit contra cunctos impetus (agaynst all the sawtys) hostis, supple dyaboli. et hec virgo freta. idest adiuta dextra xpi strauerat. i. depresserat cruentum. i. crudelem hostem hec supple virgo secuta. i. sequens alacris. i. alacriter iocundo corde. sponsum inuisentem. i. intus visitantem sese (hyr selfe) ab aula celi ingressa thalamum. i. cubiculum eius supple sponsi. que pro et. tu es plena iam dulcibus deliciis, tu suggerito. i. insinua (to wne priuely in the ere) nostras miserias. i. tribulationes xpo. predicando nobis consolationem. ¶ Hic thalamus mi. dicitur domus vel lectus nuptialis. ¶ Suggero ris. ere. i. insinuare. vel quasi latenter aliquid alicui consulere. ¶ Delicium in singulari. i. peccatum. sed delicie arum. in plurali. i. voluptates. et est nomen etheroclytum genere declinatione et significatione.

¶ De beata virgine maria / sequentia.

Missus gabriel de celis verbi baiulus fidelis: sacris disserit loquelis cum beata virgine. Verbum bonum et suaue pandit intus in conclaue: et ex eua formans aue: eue verso nomine.

¶ Construe. Gabriel fidelis baiulus. i. portitor verbi. i. filii missus de celis disserit. i. lucide eloquitur sacris loquelis cum beata virgine. supple gabriel pandit idest monstrat bonum verbum et suaue intus in conclaue. i. in secreto thalamo. et gabriel formans aue. istud verbum ex eua. s. nomine eue verso (turnyd.) ¶ Hic baiulus li. i. portitor vel nunciatus. ¶ Dissero is. ere. i. perfecte vel lucide eloqui. ¶ Conclaue est locus inclusus vel minutus. vel domus quam multi claudit seris vel domus secretissima ad quam per multas claues peruenit. et illius clauem dominus vel rex portat.

Consequēter iuxta pactum ad est verbum caro factū: semp tamē est intactū puellare gremiū. Patrē pariens ignorat: & quā homo non deflorat: non torquetur nec laborat: qū parit filium. Signū audis nouitatis: crede solum & est satis: non est tue facultatis soluere corrigiam.

¶ Construe. Verbū. i. filius dei. factū caro. adest cōsequenter iuxta pactum tū puellare gremiū. i. vterus. est semper intactum. & scz maria pariens ignorat patrem. et quā mariā homo nō deflorat. i. non deturpat non torquetur nec laborat qū parit filiū. O hō audis signum nouitatis. crede solū. i. solūmodo. & est satis idest sufficit. qr soluere (to lose or vnbynde) corrigiam (the knot or the tonge) nō est tue facultatis. idest non es dignus (of thy crafte.)

Grande signū & insigne: est in rubo et in igne: ne appropiet indigne calciatus quispiā. Virga sicca sine rore: nouo ritu nouo more: fructum protulit cum flore: sic et virgo peperit.

¶ Construe. Grande et insigne signum est in rubo & in igne. ne quispiam. i. ne aliquis calciatus indigne appropiet. i. appropinquet. & sicca virga. scilicet aarō (a drye yerde) protulit. i. produxit fructū cum flore sine rore (without dewe) nouo ritu (by a new costōme) nouo more (by a new maner) & sic (and on the same wyse) virgo peperit (hath chyldyd.)

Bñdictus tale fructus: fructus gaudii non luctus non erat adam seductus: si de hoc gustauerat. Jesus noster: iesus bonus: pie matris pium onus: cuius est in celo thronus nascitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus: nostros deleat reatus: quia noster incolatus hic est in periculo.

¶ Cōstrue. Talis fructus supple est benedictus. supple est fructus gaudiī. nō luctus. i. merorus. adā nō erat. i. fuerat seductus. i. deceptus si gustauerat (yf he hath tastyd) de hoc. s. fructu, noster iesus. bonus iesus piū onus. i. benignū pōdus. pie matris. s. marie. cuius. s. iesu thronus. i. sedes est in celo. nascit in stabulo supple ille iesus qui est sic natus pro nobis. deleat nostros reatus. i. peccata. quia noster incolatus. i. mansio est hic in periculo.

¶ Alia sequentia de virgine.

Mittit ad virginem non quēuis angelum sed fortitudinem suam archangelum amator hois. Fortem expediat pro nobis nuncium nature faciat: vt preiudicium in partu virginis. Naturam superet natus rex glorie: regnet et imperet exima scorie tollat de medio.

¶ Construe. Christus amator hominis non mittit quēuis angelum ad virginē supple mariam. sed mittit archāgelum. s. gabrielem suam fortitudinem supple

xp̄s amato: hoīs. expediat. i. expediendo emittat. fortē nuncium pro nobis. vel sc; xp̄s faciat preiudicium. i. dāpnum siue impedimentū. nature (nam tunc preiudicium nature fit qn̄ virgo concepit ꝛ peperit filium: quia hec est cōtra naturam humanā) in partu virginis. ꝛ vt rex glorie natus super naturā. ꝛ regnet. et imperet et tollet zima (grece. latine fermentum) idest acerbitatem scorie. idest sordis seu peccati de medio. idest hoc mundo.

Superbientiū terat fastigia colla sublimium calcās vi propria potens in prelio. Foras eiciat mundanum principem: sponsamq; faciat secum participem patris imperii.

Cōstrue. Xp̄s potens in prelio calcans (treddynge downe) colla sublimium propria vi. terat. i. cōterat supple amato: hominis. fastigia. idest altitudines superbientium. supple gabriel eiciat foras mundanū principē. i. dyabolū. et xp̄s faciat sponsam sc; mariam participem imperij patris. s. dei.

Tu qui mitteris hec dona dicere: reuela veteris velamē littere virtute nuncii. Accede nuncia dic aue cominus: dic plena gratia: dic tecum dn̄s: et dic ne timeas. Virgo suscipias dei depositū: in quo perficias casta propositū ꝛ votū teneas.

Constructio est plana. Tu qui mitteris dicere dona hec. tu. reuela. i. aperte manifesta velamen. i. mysteriū veteris littere. i. antique ꝓphetie virtute nūcij. O gabriel accede et nuncia. i. ostende. dic cominus. i. prope aue. o maria plena gratia. ꝛ dic. dn̄s est tecum. ꝛ dic. o virgo ne timeas suscipias. hoc est vt suscipias depositū. i. thesaurū. i. filium dei in quo deposito tu casta perficias ꝓpositū in quo deposito. tu teneas votum. idest desiderium. Tu imperatiuus est a eo is ire. Velamen velaminis idest obscuritas.

Audit et suscipit puella nuncium credit et concepit ꝛ parit filium sed admirabilem. Cōsiliarium humani generis ꝛ deū fortium et patrem posteris in pace stabilem.

Cōstrue. Puella audit et suscipit nuncium (the message) credit ꝛ concipit et parit admirabilem filiū. consiliarium idest consolatorē humani generis. ꝛ. s. parit deum filium. ꝛ sc; parit patrem posteris. dico patrem stabilem in pace.

Alia sequentia de beatissima virgine Maria.

Verbum bonum ꝛ suaue personemus illud aue: per quod christi fit conclaue virgo mater filia.

Per quod aue salutata mox concepit fecundata virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia.

Construe. Nos personemus illud aue. i. salutationē. per quod virgo mater et filia dei fit conclaue christi. idest priuatissima camera christi. Aue verbum bonum ꝛ suaue per quod virgo salutata concepit mox. idest statim fecundata virgo nata stirpe. i. de stirpe dauid sup. sicut lilia. i. lilium inter spinas.

Aue veri salomonis mater vellus gedeonis: cuius magi tri bus donis laudant puerperium. Aue solē genuisti: aue prolem protulisti: mundo lapso contulisti vitam & imperium.

¶ Cōstrue. O maria mater veri salomonis. i. xp̄i aue. existēs vellus gedeonis illius pphete. cuius. s. marie puerperium magi. i. reges laudant tribus donis (auro thure myrrha) Aue maria tu genuisti solē. s. iusticie. aue. tu ptulisti prolem scz xp̄m et cōtulisti. i. dedisti mundo lapso vitā & imperiū. Aliqui ibi habent numen. i. potestatem. ¶ Vellus (a flecs) gedeonis.

Aue mater verbi summi: maris portus signū dumi aromatum virgo fumi angelo℞ dn̄a. Supplicamus nos emenda emēdatos nos cōmēda tuo nato ad hn̄da sempiťna gaudia.

¶ Cōstrue. O maria mater summi verbi. idest dei. existēs portus maris. Aue tu es signum. i. figura dumi. i. rubi moysi. virga fumi aromatum. idest dulcium vnguentorum: aue maria domina (vel gloria) angelo℞. nos supplicamus. suppl. tibi emenda. i. corrige nos. et commenda nos emendatos. i. correctos tuo nato. idest filio. ad habenda sempiterna gaudia. Amen.

¶ Sequuntur expositiones Prosarum/ seu Sequētiarum in precedentibus deficientiū.

¶ Et primo de hystoria Visitationis beate Marie virginis.

Celebremus in hac die festum domus zacharie laudibus leticie. Cōtemplemus ibi gestum: & de festo fiat festum iam domus ecclesie.

¶ Ista sequentia seu prosa cātatur in festo Visitationis beate marie virginis. Quod festum nouissime ab Vrbano papa sexto fertur institutū. Et sensus est (vt refert euangelista) q̄ continuo post angelicam salutationem maria virgo visitauerat Elizabeth cognatam suam personaliter et benigne salutaret. in domo zacharie transmontana. Ideo narrat Autor q̄ celebremus festum domus zacharie. et cōsideremus ibi salutifera gesta. & fiant festa de festo. Methaphorice enim sicut ad festum (qđ est lignū in summitate domus) omnia ligna conueniunt. sic ad festum (que solennitas dicitur) homines conueniunt. ¶ Construe. Nos christicole celebremus. i. veneremur festum. i. solēnitatem domus zacharie. mariti Elizabeth. laudibus. idest cū hymnis leticie. in hac die. s. presenti. et contemplemus. i. prospiciamus gestum. i. actum et ministratū. ibi. scz in domo zacharie. et sic festum. i. solennitas domus. i. templi ecclesie. s. totius congregationis fidelium fiat iam de festo scilicet domo Elizabeth.

Thema iam solennitatis: copiose charitatis gr̄a recolitur. Quā elizabeth vtā senectute fecundata: suscepisse scribitur

¶ Construe. Thema. i. materia et figura solēnitatis huius. recolitur. i. ad memoriam ducitur istam gratia. i. amore copiose charitatis. i. abundātis dilectiōis quam scȝ gratiam beata elizabeth fecundata. idest grauida senectute in senecta sua. scribitur. idest dicitur suscepisse. idest recepisse in domum suam.
¶ Elizabeth fuit sterilis vocata: sed per angelum dei fuit restituta fecunda in senectute. ideo interpretatur (dei mei saturitas) Sed zacharias interpretatur memoria domini siue auxilium.

Orbis totus gratuletur tota corde veneretur dulcis visitatio. Compassiuum cordis benignitas: excessiuum stans humilitas sacra consolatio.

¶ Construe. Totus orbis. idest omnis mundus gratuletur. i. letetur supple et dulcis visitatio. s. marie veneretur. i. celebretur toto corde. o sacra consolatio. i. diuina cōfortatio. supple quia humilitas virginis stans excessiuum. idest vltro (adverbialiter) et benignitas cordis stans compassiuum. idest gradatim vel leuiter. (hoc est virgo mulierem consolatur.)

In introitu marie: prolē matrem prophetie: spūs illuminat. Cōfortata genitū: roborata debitum: felix parēs terminat.

¶ Construe. Spiritus. idest paraclytus illuminat. i. illustrat prolem. idest filium iohannem baptistam. et matrem prophetie. scȝ elizabeth vaticanū. in introitu. idest visitatione marie scilicet virginis. Felix parens scȝ elizabeth existēs confortata. i. illuminata. terminat. i. finiendo germinat genitum scȝ baptistam supple et existens roborata. i. iterum fecunditate restituta. terminat debitum. finit scȝ vltro coniugale debitum. quia caste postea vixit.

Ergo festi hāc auctricem: lauda dei genitricem syon ex precordiis. Quicquid dicas de benigna: minus est a laude digna: debitis preconiis.

¶ Cōstrue. Ergo o syon. idest ecclesia christiana militans. lauda hanc auctricem. idest augmentatricem festi scȝ huius genitricem dei scȝ mariam. ex precordiis. idest ex intimis tuis precordialibus. ⁊ hoc ideo quia quicquid. idest omne illud quod tu dicas. idest exprimes. de benigna. scȝ maria. debitis preconiis. i. laudibus. est minus. idest sufficiēs a digna laude. idest meritoria (hoc est dictu) ipsa est dignior laude ꝙ quis potest exprimere.

Visitatrix in montanis visitatrix in his planis sis matris ecclesie. Medicina xpiana qd nō valet vis hūana fiat dōa grē

¶ Cōstrue. O maria visitatrix. s. ipsius elizabeth in mōtanis. i. mōtibus. sis visitatrix matris ecclesie. s. fideliū in his planis. i. terris. et medicina xpiana. i. remediū xpifideliū fiat. i. datur nobis dono. i. munere grē. qd donū vis. i. virtus hūana nō valet. i. pōt dare. ¶ Hec mōtana orū. in plurali. i. mōtes. ȝ mōtanus a. um. pertinēs ad mōtem. Vnde. Pro vanis verbis: montanis vimur herbis.

Benedicta mulierū sydus maris lumen verū: mestiū cōsolare clerum populū irradia. Benedictio vētris tui fructu dona nobis frui: sicqȝ simus semp sui in perenni gloria. Amē.

¶ Construe. O maria benedicta mulierum. i. inter mulieres. existens sydus. i. stella maris et verum lumen. tu consolare. i. conforta mestũ clerũ. i. tristem statum clericalem. et irradia. i. illumina vel intus radia populũ. i. statum laicalem sup. et dona. i. concede nobis frui. i. vti. benedicto fructu ventris tui. s. xpo. sic. idest taliter q̃ simus sui in perenni gloria. Amen.

¶ In octaua visitationis.

Ueni mater gratie fons mie: miseris remedium. Ueni lux ecclesie: tristibus leticie tu infunde radium.

¶ Cõstrue. O maria mater gratie. i. salutis. exñs fons mie veni. ꝛ tu infũde miseris. s. peccatoribus remediũ. i. indulgentiã. O lux ecclesie. s. militãtis. veni et infũde tristibus. i. mestis et afflictis. radiũ leticie. i. splendorem gratie.

Te reginã colimus tibi laudes canimus ex affectu cordiũ. Que es in angustiis et in rebus dubiis salus et solatium.

¶ Construe. O maria nos colimus. i. veneramur te reginã. s. celi. et canimus. idest pangimus tibi laudes. i. hymnos ex affectu. i. deuotione cordiũ. que. s. maria tu es salus et solatiũ. i. solamen in angustiis. i. tribulatiõibus. et in rebus dubiis. i. incertis et desperatis. ¶ Nota affectus us. ui. i. amicitia/dilectio/vel deuotio. et est nomen. Sed affectus a. um. participium. i. laceratus.

O stella prefulgida tu dira certamina maris hui9 reprime. Symonis nauicula filii tunicula ne scindantur prohibe.

¶ Construe. O maria stella prefulgida. i. resplendida. tu reprime. i. expelle dira certamina. i. crudelia litigia huius maris. i. mũdi. et tu ꝓhibe. i. interdic ꝛ veta. ne tunicula. i. parua tunica filii. s. tui. et nauicula. i. nauis symonis. scʒ petri scindantur. i. diuidãt seu corrũpunt. ¶ Nota allegorice et mystice ꝑ tuniculã xpi. sanctã catholicã ecclesiã ꝛ vnitatẽ fidei (que mãsit incõsutilis.) Per nauiculam autẽ petri xpi fide͛es (fuit eni piscator hoim) sane subaudire possumus.

Portus nauigantiũ: preces supplicantium filiorum suscipe. Consolare flebiles iuua pusillanimes et errantes corrige.

¶ Cõstrue. O maria sup. exñs portus nauigãtiũ. i. statio siue recreatio nautarum suscipe. i. exaudi p̃ces supplicãtiũ. i. deuotorum filiorum. ꝛ ꝯsolare. i. recrea flebiles. i. tristes iuua. i. adiuua pusillanies. i. pusillũ aĩam hñtes. ꝛ emẽda errãtes fide.

Que deum hoibus: et ima celestibus iungis: o puerpera. Hereses interime: scismata tu destrue: firma pacis federa.

¶ Construe. O puerpera. i. genitrix maria tu que iũgis hoibus. s. fidelibus deum. ꝛ iũgis celestibus. i. deo. ima. i. inferiora. s. hoĩes interime. i. dele. hereses. idest hereticorum fidem. tu destrue. i. corrũpe scismata. i. diuisiões et scismatices in fide. et tu firma. i. confirma federa. i. pacta pacis. s. vere fidei nostre.

¶ In transfiguratione domini.

Benedicta semper sit beata trinitas deitas scilicet vnitas coequalis gloria. Pater filius sanctus spiritus: tria sunt nomina omnia eadem substantia.

¶ Ista sequentia quoad constructionem est plana et notoria. Igitur ad singularitatem nominum difficilium fiat modica glosula. prout facultas suppetit.
¶ Construe. Beata deitas existens trinitas et vnitas et coequalis gloria sit benedicta semp scz pater et filius et spiritussanctus. omnia illa tria nomina sunt eadem substātia. idest vna essētia. Nota trinitas dr quasi trinitas a tris ꝛ sit vnus⸗ eo ꝙ vnus in essentia et trinus in persona.

Deus genitor deus genitus in vtroqꝫ sacer spiritus deitate socia. Non tres tamen dii sunt: deus verus vnus est: sic pater dominus filius spiritusqꝫ dominus.

¶ Construe. Genitor. idest pater supple est deus. genitus. i. filius est deus. sacer spiritus. in vtroqꝫ. i. ab vtroqꝫ procedens. supple est deus socia deitate. vel (romano vsu) socius deitate. tñ pro sed pater et filius et spiritussanctus non sunt tres dii. sed vnus verus deus est. sic. i. tali modo pater est dñs. filius est dominus. quoqꝫ pro et. et spiritussanctus est dominus.

Ipse tamen filius deus verus vnus est: preclarus itaqꝫ spiritus ab vtroqꝫ emanat.

¶ Constructio est plana. Tamen pro sed ipse filius est vnius verus deus. ꝛ spiritussanctus emanat. i. procedit ab vtroqꝫ scz patre et filio. ¶ Hic confunditur grecorum secta. qui spiritūsanctum a solo patre asserunt procedere. Ideo apud Romanos scismatici appellantur.

Proprietas in personis: vnitas est et in essentia.
Maiestas par et potestas decus honor eque per omnia.
Sydera maria continens arua simul et vniuersa condita.

¶ Nota proprietas atis. dicitur a proprius a. um. idest priuatum sui quod alii non pertinet. dictum (quasi porro priuatum) Persona vero est rationabilis creature indiuidua essentia. quasi per se vna alia est enī ꝑsona patris. alia filii alia spūssancti. vt dicitur in symbolo anathasii. Ideo dicit sup. in ista sancta trinitate. ¶ Construe. Proprietas est in personis. i. trinitas in personis et est vnitas in essentia. i. in vsia. videlicet in deitate. Par maiestas. idest imperium. par potesta. i. dominatio. par decus. i. gloria. par honor. i. virtus eque. idest equaliter ꝑ omnia. (Et ipse deus) continēs. s. pugillo. i. in potestate sua. sydera. i. celestia. maria. i. aquas et inferiora arua. idest terrestria. et vniuersa condita. idest creata et facta simul. idest pariter.

Quem tremūt impia tartara colit quoqꝫ quē ꝛ abyssus infina. Quem laudāt sol atqꝫ luna dignitas adorat angelica.

¶ Construe. Quem scz deum impia tartara. idest crudelia demonia. tremunt. idest timendo pauent. quoqꝫ p ꝛ. quē. s. deū infima abyssus. i. ima profunditas infernalis colit. i. timore veneratur (flectēdo genua) quē. i. deū sol et luna laudāt. i. iubilando splendent. ꝛ angelica dignitas. i. sanctorū cōmunitas adorat.

Nunc omnis vox atqꝫ lingua fateatur hunc laude debita. Et nos voce precelsa omnes modulemur organica cantica dulci melodia.

¶ Construe. Nunc omnis vox. i. sonus atque lingua. s. humana. fateatur. i. profiteatur. hunc scz deum debita laude. et nos omnes modulemur. i. cantemus organica cantica precelsa. i. alta voce. et cum dulci melodia.

Eya et eya nunc omnes iubilemus altithroni domino laudes in excelsis.

¶ Construe. Eya et eya. i. age (exortandi est aduerbium) nos omnes scz fideles iubilemus. i. gratulemur. et cum gaudio exultemus nunc. in presenti (festo transfigurationis) domino, scz xpo. altithroni. i. summi celi. laudes. i. hymnos in excelsis. i. in altissimis (dicentes vt sequitur.)

O veneranda trinitas. O adoranda vnitas. Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus redempta summa tu charitas.

¶ Construe. Supple nos deuote dicentes. O veneranda. i. colenda trinitas. i. deus trinus in personis. O adoranda vnitas. i. vnus deus in deitate. et o vera eternitas. nos scz homines sumus creati. i. ex nichilo formati per te deum. et o tu summa charitas. i. dilectio. et nostra spes, nos videlicet peccatores sumus redempti per te. deum vnum et trinum.

Populum cunctum tu protege salua libera et emunda. Te adoramus omnipotens tibi canimus: tibi laus et gloria. Per infinita secula seculorum.

¶ Construe. O sancta trinitas existens vnius deus. tu protege. i. defende cunctum populum. s. xpianum. et salua. i. saluifica. libera a malo. et emunda. i. purga a peccatis. videlicet cunctum. i. omnem populum xpifidelium. et o omnipotens deus nos adoramus te. et canimus tibi. laus et gloria sit tibi. ¶ Nota quod illa clausula. Per infinita secula seculorum. ponitur in libris romanum vsum sequentium.

¶ In festo dulcissimi nominis Jesu Sequentia.

Dulcis iesus nazarenus iudeorum rex amenus / pius / pulcher floridus. Pro salute sue gentis: subit mortem cum tormentis: factus pallens liuidus.

¶ Ista sequentia cantabitur in honore dulcissimi nominis Jesu. etc. ¶ Constructio est plana. ideo post constructionem literalem: aliqua notabilia ponam. et exempla ex veteri et nouo testamentis collecta. in virtute et potestate tanti excellentissimi fortissimi et dignissimi nominis iesu. et ad declarationem et interpretationem eiusdem Jesu nazareni. inseram. ¶ Construe sic. Dulcis Jesus nazarenus amenus rex iudeorum. supple existens pius / misericors / pulcher et floridus. i. dans odorem florum. subit. idest subiuit mortem cum tormentis scz crucis pro salute, idest redemptione sue gentis. Jesus dico factus pallens. idest pallidus. et liuidus. i. subniger. etc. ¶ Nota Jesu hebrayce. sother grece. saluator latine dicitur. ¶ Item nazarenus interpretatur flos: siue germen: siue mundus. a Nazareth vico siue ciuitate sic cognominatus. in qua natus fuit. ¶ Nazarenus a. um. et nazareus a. um. in eadem significatione. ¶ Sciendum quod hoc nomen iesus mul-

tiplicem confert homini gratiam. ¶ Primo quicquid homo petierit in nomine iesu: hoc obtinebit Johannis. xv. Quicquid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Unde omnes misse et hore dominice concluduntur hoc nomine Jesu. rē. ¶ Secundo in hoc nomine Jesu vincimus dyabolum Luce. x. Demonia etiam domine subiiciuntur nobis in nomine tuo. Unde xp̄s dixit Marci. xvi. In nomine meo eiicient demonia. Hoc figuratum est in Dauid et Golia. vt habetur primi Regum. xvii. vbi dicit Dauid. Tu venis ad me cū gladio: ego autem venio ad te in nomine dn̄i exercituum. Dauid enim audaciam suam in nomine dei israel posuit. Golias autem in virtutis et fortitudinis sue presumptione posuit. Per Dauid populum xp̄ianum. per Goliam vero dyabolum ītelligere figurate possumus. quem dyabolū in inuocatione huius nominis Jesu nos xp̄iani vincimus. Unde. Psalmista. In nomine tuo sperne omnes insurgētes in nobis. ¶ Tertio in nomine Jesu consequimur vitam eternam. non enim est aliud nomen sub celo in quo saluemur. Und̄ psal. In nomine dei nostri magnificabimur. Ergo ob reuerentiam eiusdem nominis iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Ergo quandocunq; aliquis xp̄ianorum audit in missa hoc nomen iesus nominare. debet deuote genua sua flectere et dicere. O dn̄e saluum me fac propter nomen sanctum tuum.

¶ Nota hoc nomen Jesus curat febres.

¶ Legitur de quodam fratre ordinis minorum qui multa miracula de nomine Jesu audiens. cum accessio febris eum affligeret. scripsit hoc nomen iesus ⁊ posuit in aquam et bibit. et statim eum febris dimisit.

¶ Hoc nomen Jesus multas virtutes confert.

¶ Quidam iuuenis deuotus ⁊ innocens deum orauit sibi dare amorem dei. vt sic continue ferretur in deum. cui angelus domini folium taliter cōscriptum reddit. Jesu xp̄e fili dei viui propitius esto michi peccatori. dicēdo ei. Aperi os tuum et comede hanc scripturam. cuius virtute demones vincuntur. celi aperiuntur. peccata tolluntur trinitas sancta attrahitur. ⁊ angeli ei deuote famulantur. Quo facto omnia et sigula mox expertus est sicut informatus est.

¶ Hoc nomen Jesus vincit temptationes dyabolicas.

¶ Unde vir quidam cum vxore sua volentes seipsos suspendere pre tristicia et simul biberunt in nomine iesu. et statim fugati sunt demones: et cessauit dyabolica tentatio. vt habetur in sermone discipuli. xix. B. ¶ Hec de nomine iesu pro iuuenibus sufficiant iesum diligentibus.

Dulce nomen ⁊ cognomen hoc transcendens est prenomen omnibus nominibus. Mulcet reos sanat eos: fouet reos munit eos: seruat ab insultibus.

¶ Construe. Hoc dulce nomen. s. Jesus. cognomen. s. nazarenus. et prenomen rex iudeorum est transcendens. i. vltra scandens. i. excellens omnibus nominibus. hoc nomen iesus mulcet. i. mitigat reos. i. pctōres. et sanat eos. fouet. i. nutrit reos et munit eos et sanat eos ab insultibus. i. inuasiōibus. ¶ Insultus us. idest inuasio. īpetuosa aggressio.

Huius regis sub vexillo: statu degis in tranquillo hostes tui fugiunt. Nomen eius premeditatū belli fugat apparatum: hostes victi fugiunt.

¶ Cōstrue. Si tu degis. i. viuis humiliter in trāquillo. i. pacifico statu. scilicet sub vexillo huius regis. i. iesu nazareni. hostes tui fugiunt. i. fugam accipiūt. ꝛ hoc premeditatum nomē eius. s. iesu fugat. i. expellit apparatum. i. exercitum belli. ꝛ hostes victi. i. supꝰtrati rugiunt. i. clamant instar leonū. ¶ Fugare et fugere. Unde versus. Uictor quippe fugat: victus ab hoste fugit.

Hoc est nomen recolendum: quia semper est tremendū malignis spiritibus. Hoc est nomen salutare ꝛ solamen singulare quod succurrit tristibus.

¶ Construe. Hoc nomen iesus est recolendum. i. venerandū. q2 semper est tremendum. i. horribile malignis spiritibus. hoc nomen iesus est salutare et solamen singulare. quod nomen succurrit. i. subuenit tristibus. i. mestis.

Hoc nos decet honorare archa cordis inserere: cogitare preamare amore sed heroico. Ignacius hoc docuit illud passus insonuit: cor eius scissum patuit inscriptum iesu celico.

¶ Construe. Hoc nomen iesus decet honorare ꝛ inserere. i. plantare. ꝛ cogitare ꝛ peramare in arma. i. scrinio cordis: sed amore heroico. (Heroicus a. um. ab herus ri. i. dn̄s terre.) Ignacius ille sanctus docuit. i. probauit hoc quando fuit passus. i. tribulatus insonuit. i. inuocauit illud. scilꝫ nomen iesus. et qn̄ cor eius erat scissum. i. mortuum. patuit hoc inscriptum. iesu celico.

Ut quid maiora cupimus q̄ꝫ iesus sit intimus: q̄ ꝛ preamantissimus ꝛ querit nos amare. Amat feruentissime: amat cōstantissime: amat fidelissime ꝛ suos vult iuuare.

¶ Constructio est plana. Ut quid. idest ad quid cupimus. idest desideramus maiora. q̄ꝫ q iesus sit intimus. idest intus in cordibus nostris. qui scilicet iesus preamantissimus querit. i. querendo cupit nos amare. et iesus amat feruētissime. idest diligentissime amat constantissime. i. firmissime. amat fidelissime. et vult iuuare suos. scꝫ amatores.

Nomen suum fecit tale vt sit cunctis cordiale: capitale principale dilectum ex intimis. Habent hoc nature iura: vt amātem tota cura reamemus placitura prestantes ex animis.

¶ Construe. Jesus fecit suum nomen tale. vt sit cordiale. idest precordiale. capite et principale cunctis. scilicet christifidelibus. ꝛ dico suum nomen dilectū. idest preamatum ex intimis. idest pmordialibus cordis. Jura nature. idest ius naturale. habet idest docet hoc. vt reamemus. idest rursus amemus amātem. scilicet iesum. tota cura. idest sollicitudine et diligentia prestantes. idest dantes illi placabilia. ex animis scilicet nostris.

Jesu nomen omne bonum tenet dulcem facit sonum promeretur regni thronum auditum letificat. In hoc lucet splēdor patris: in hoc patet decor matris: in hoc fulget honor fratris: hoc fratres magnificat.

¶ Cōstrue. Illud nomē iesu pro iesus tenet. i. in se hʒ omne bonū facit dulcē. i. mellifluum sonū. scʒ in aure et ore. et promeretur (deponētaliter pōt exponi) thronum regni. s. celestis et letificat auditū. s. hoīs splendor. i. virtus patris. s. omnipotentis lucet. i. clare scit in hoc scʒ nomine iesu. decor. i. honor matris. s. marie patet. i. manifestatur in hoc scilʒ nomine iesu. honor. idest laus fratris. fulget. i. fulgendo patet in hoc nomine iesu. et hoc scilicet nomē iesus magnificat. idest letificat fratres. scʒ nos xpianos. Nam omnes appellamur fratres in iesu xpo vt dicit Paulus. Quattuor modis dicuntur. Natura/cognatione/gente/et effectu. in sacris scripturis. ¶ Natura. vt Esau et Jacob. Petrus et Andreas. ¶ Cognatione. qui sunt de eadem familia: siue parentela: siue consanguinitate. vt abraham et loth. Christus et Jacobus minor et dilectus. et hoc quoad xpi humanitatem. ¶ Gente. sic dicūtur fratres omnes iudei. Unde Apostolus ad Rom. ix. Optabā enim ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei scdm carnem qui sunt israelite. etc. ¶ Affectu etiam dicūr fratres. et hoc dupliciter. cōiter et specialiter. etc. ¶ Cōiter. vt oēs hoīes hi q̄ sunt de eadē patria nati. Unde. Dicite his qui oderunt vos: fratres nostri vos estis. Speciali affectu omnes christiani fratres vocātur. vt ad propositū Psalmista. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habitare fratres in vnum.

Caput iesu cor mens manus vulnus liuor sanguis planus pedes corpus vigor sanus parantur hominibus. Hec torquentur passa dura his lesura et natura reparantur pia cura purgatis criminibus.

¶ Construe. Caput et cor iesu et mens, manus vulnus liuor. idest dolor iesu et sanguis planus. i. clarus. et pedes iesu. et sanus vigor. idest viuacitas iesu parātur idest ornantur hoībus. s. xpianis. Hec scʒ mēbra iesu torquentur. i. cruciātur dura. idest aspera passa. et lesura. i. lesio. et natura iesu reparātur. i. iterū parantur pia cura. i. clementi miseratione his. s. purgatis. i. emūdatis criminibus. i. a pctis.

Ergo si quis velit scire quare iesu nomen mire facit bonos concupire sui inherentiam. Jesus pulcher in decore summe bonus in valore mitis lenis cū dulcore pronus ad clemētiā.

¶ Construe. Ergo. i. ideo si quis hominū velit scire quare nomen iesu facit bonos. i. fideles concupire. i. desiderare mire. i. mirabiliter inherentiam. i. presentiam sui (Causa est quia iesus est pulcher ī decore. idest honore. summe bonus in valore. i. potentia. mitis. i. benignus. et lenis. i. suauis. cū dulcore. i. dulcedine et pronus. i. paratus ad clementiam. i. misericordiam.

Jesus est rex generosus: iesus forma speciosus: iesus est delitiosus et sapit dulcissime. Jesus est fama gloriosus: iesus cūctis fructuosus: iesus totus virtuosus fouet suos optime.

¶ Cōstrue. Hec est causa quare iesus concupitur. i. desideratur, quia iesus est rex generosus. i. inclytus. et iesus est preciosus. i. pulcher forma. i. dispositione. iesus est delitiosus. i. delectationibus plenus. et sapit. i. dat saporē dulcissime. Jesus est gloriosus fama. i. nomine. et fructuosus cunctis. s. hoībus iesus totus virtuosus fouet. idest nutrit optime suos scʒ famulos.

Summus potẽs in vigore: summus celsus in honore summus gratus in amore omnem laudem obtinet. In sciendo summe sapit: ambiendo cuncta capit: diligẽdo corda rapit: et illata detinet.

¶ Alia causa quare iesus merito cõcupiscitur. quia ipse est summus potẽs in vigore. i. fortitudine. et est summus celsus. i. altus in honore summus gratus. i. gratiosus in amore. obtinet. i. habet omnem laudem. Nam iesus sapit. i. intelligit summe in sciendo et cognoscendo. ⁊ capit cuncta. i. omnia ambiendo. i. cupiendo (proprie in honore) capit scʒ iesus corda scʒ hoim. diligendo. i. dilectiõe. et detinet. i. obseruat illata. scʒ corda. i. immissa in dilectione.

Eya nomen nobis gratum: iesus dulcis appellatũ sit in corde sic firmatum vt non possit erui. Hoc reatum pctoꝝ tollat prestet iubilorum: sed et odas beatoꝝ donet nobis perfrui.

¶ Construe. Eya. i. age (exhortantis est) hoc nomen appellatum. idest dictum dulcis iesus sit nobis gratum. idest gratiosum. et sit firmatum. idest confirmatum sic in corde scʒ nostro. vt non possit erui. idest euertere. idest extre. Hoc nomen iesus tollat. i. auferat reatum. i. culpam peccatoꝝ. et prestet. idest det odas idest laudes iubilorum. idest letabundorum gaudioꝝ. sed et donet. i. concedet nobis perfrui. idest vti beatorum scʒ gaudijs. Amen.

¶ Sequentiarum seu Prosarum secũdum vsum Sarũ: in ecclesia anglicana per totum annum cantandarum diligenterqꝫ correctarum / finem ecce felicem. Impresse Londonii per me Richardum Pynson (Impressorem nobilissime Regis gratie) Commorantẽ in vico appellato the Flete strete: ad signum sancti georgii. Anno Dñi. M.ccccc.xv. Tertia die mensis Julii.

Tabula sequentiarũ.

¶ Finis tabule sequentiarum.

7